This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

A 493255



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford-Messer
Bequest



E P FABER

BUILDING
USE ONLY

AS
182
1:961

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN DECIMUM TERTIUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENT. MAXIMILIANEO-BOICA.



MONACHII MDCCLXXVII.

Typis Joannis Pauli Vötter, Electoral. Aulæ, ac Academiæ ſcientiarum, nec non Statuum Prov. Bav. Typographi.

PRAEFATIO.

Ecce Tibi, Lector candide! operis noſtri, quod per annos XIV. jam molimur, volumen decimum tertium, vſibus tuis, patriæ, omnibus deſtinatum.

145782

Occurrunt primo Monumenta Priflingenſia, a ſeculo inde XII. collecta, magnam partem anecdota, & ad autographorum fidem recognita.

Succedunt Weltenburgenſia, veluti ſervatæ multiplici e naufragio tabulæ, nulli jam poſt publicam, qua fruuntur, lucem caſui obnoxia.

Hasce litterarias opes, aequis rerum arbitris ſummi aeſtimandas, promta nobiscum benevolentia communicarunt R.R. Praeſules, D. PETRUS, & D. MAURUS, quorum in nos ſtudia uti grata mente palam profitemur, ita parem ab illis, qui nobis adeundi ſuperſunt, promtitudinem, exſpectamus, & non publici modo, ſed privati Ipſorum boni gratia enixe flagitamus.

Vte-

Vtere, fruere hisce, Lector, & dum *quinquagenalia* MAXIMO PRINCIPI vota perſolvimus, alia decem luſtra EIDEM cum omni patria ab optimo Deo precare.

Dabamus Monachii ipſa die SERENISSIMO FUNDATORI ſacra IV. Id. Octobris Anno Domini MDCCLXXVII.

EXHIBET ISTUD VOLUMEN.

1. Monumenta Priſlingenſia - - pag. 1.
2. - - Weltenburgenſia - pag. 297.
3. Excerpta Necrologii Weltenburgenſis - - - pag. 473.
4. Bernardi Norici opuſculum V. anecdotum *de Genealogia fundatoris Cænobii cremiſanenſis* - - pag. 493.

MONUMENTA
PRIFLINGENSIA.

PRAEFATIO.

Prieſſing, alias *Bruvening*, *Brunvening*, *Privilegium*, a copioſa fontium ſcaturigine dictum, inſigne eſt Sodalium divi Benedicti Monaſterium, hodie florentiſſimum, extra civitatis Ratisponenſis Pomæria ad occiduum ſolem haud procul a Danubio, cui Nabus miſcetur, in amæno colle ſitum, & Tetrarchiae Straubinganae adſcriptum.

Fundatorem * veneratur S. Ottonem Babenbergenſem Epiſcopum, qui Anno MCVIIII. illud a Fundamentis excitavit, largo cenſu inſtruxit, Eccleſiæ babenbergenſi clientelari jure innexum, avita ex Hirſaugienſi cœnobio, ubi diſciplina monaſtica eo tempore mire vigebat, cum primo Abbate ERMENOLDO colonia.

Falli inde conſtat HUNDIUM, virum alias celeberrimum, qui ejectis hinc ſæcularibus Canonicis, Præmonſtratenſes Anno MCXXII. ſubſtitutos fuiſſe ſcribit, quorum neutri ſedem heic vnquam fixerunt, Benedictinis a prima origine traditam.

Res Præſulum præclare geſtas, loci jura, aliaque decora, juſto volumine percenſuit aſceta induſtrius R. P. *Melchior* WEIXER in *Fontilegio ſacro* Ingolſtadii Anno elapſi ſæculi XXVI. nitidis typis Hænlinianis expreſſo; de divis autem Priflingenſibus ERMENOLDO, & EBERHARDO Salisburgenſi Metropolita, erudite diſſeruit Cl. P. *Veremundus* GUFL p. M. Vir pluribus Nominibus de Re litteraria quam optime meritus, nec vnquam oblitterandi Nominis.

Noſtra quod propius adtinet, Codicem traditionum egregium inde a ſec. XII. exaratum, anecdotum, Membranasque & diplomata alia liberaliter ſubpeditavit Reverendiſſimus & ampliſſimus DD. PETRUS, æternæ apud ſuos memoriæ Præſul, qui non modo ampliſſimum Monaſterium ſpectabili incremento gubernat, ſed & almæ Congregationi Benedictino-bavaricæ in annum decimum

ſum-

ſumma cum celebritate invigilat graviſſimus Præſes, & ſereniſſimi Electoris noſtri ſummus ſacellanus perpetuus, novo diplomate confirmatus, cui muſæ noſtræ, & Boni omnes diuturnam proſperitatem vovent.

* Occaſionem fundandi cenobii ſubdimus verbis *Sefridi Presbyteri*, Auctoris Synchroni in vita S. *OTTONIS* apud *CANISIUM Basnagii Vol. III. Parte II. pag.* 47. cui etiam conſonat Author vitae S. Erminoldi, a *GUFELIO* editus Ratisbonæ anno MDCCLV. *cap.* 3. *pag.* 11.

„ Priffling vero quomodo divinæ revelationis & An-
„ gélicæ viſionis occaſione, a fundo cœperit, ad notitiam
„ poſterorum ſcripto transmittere non inutile credimus.

„ Heinricus proinde quintus, Heinrici quarti Im-
„ peratoris filius. æſtivo quodam tempore curiam Epiſ-
„ coporum ac Principum totius Theutonici Regni fre-
„ quentia celebrem Ratisponæ celebrabat, cui veneran-
„ dum Ottonem utpote magnum conſilio, & omnium pri-
„ matum aſpectibus gratioſum, quippe qui gratia & affa-
„ bilitate, & vitæ etiam merito omnium ſibi concilia-
„ bat favorem, regia non patiebatur deeſſe vocatio. Sed
„ pius Otto, qui cum Pſalmiſta dicere noverat : quis da-

„ bit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſ-
„ cam? ſi quando locus dabatur & opportunitas, ne tu-
„ multu ac ſtrepitu Curialium, meditationis ejus impe-
„ diretur propoſitum, a curia ſe abſentabat; ut ſolus ſo-
„ li Deo, quo liberius, eo licentius vacaret. Erat ita-
„ que in occidentali civitatis parte, in vicinia villæ, Priff-
„ ling dictæ, a qua & monaſterium pro condignitate no-
„ men contraxit; ager paſcuus, arborum umbra & gra-
„ minis viriditate admodum delectabilis, in quo vene-
„ randus Præſul, pro loci amœnitate, cum tentorium
„ ſubrigi ſibi feciſſet, meridiano tempore feſſa quieti mem-
„ bra dederat. Cum ecce in morem ſcalæ illius, in qua
„ Jacob Patriarcha angelos vidit deſcendentes & aſcen-
„ dentes, a capite dormientis ad cœlum uſque porrigi
„ beato Pontifici viſa eſt; & angeli in ea alternis vici-
„ bus deſcendentes & aſcendentes. Ille ergo excitatus
„ Capellanos reliquosque commilitones ſuſcitatos advo-
„ cat, & ſeriem viſionis avide auſcultantibus exponit.
„ Omnes itaque viſionem a Deo eſſe conſiderantes, non
„ ſomnum vanum; divinæ revelationis glorificant digna-
„ tionem: & Epiſcopum, ut inibi obſequium Deo pro-
„ videat, per viſionem hujusmodi admonitum dicunt. O

„ fe-

„ ſelicem Præſulem, omni laude & honore digniſſimum, „ cujus quia in cœlis eſſet converſatio, divina revelatio, „ & cœleſtium civium viſio declaravit. Ipſe proinde, „ agri poſſeſſore requiſito, agrum comparavit, & altare „ in eo, ubi ſponda ſteterat, & deſuper eccleſiam ex- „ ſtruxit, donec agrum conterminabilibus comparavit, „ ſpacioſum locum monaſterio & cellæ conſtituendæ con- „ quiſivit. Talis itaque ei fuit occaſio cœnobii Bryvin- „ genſis a fundo exſtruendi.“ *Vita S. Ottonis Ep. Bamb. Auctore SEFRIDO cap. III. n. 22. 23. in Act. Sanct. Antuerp. Julii Tom. I. ad diem II. ejuſd. menſis.*

SERIES RR. DD. ABBATUM
PRIFLINGENSIUM.

1. S. Ermenoldus ex Hirſaugienſi Monaſterio ordinatus Abbas an. 1117. † 1121. die 6. Jan. a)
2. B. Erbo I. † 1162. b)

a) Vid. Acta SS. Antuerp. ad diem 6. Jan. & Veremundi Guſl Vitas Sanctor. Priflingenſium.
b) Ibidem in Vita S. Eberhardi Archiep. Salisburg.

3. B. Godefridus † 1163.

4. Eberhardus † 1168.

5. Erbo II. reſign. 1187.

6. Balduinus † 1193.

7. Rudgerus † 1206.

8. Hartmannus reſign. 1232.

9. Henricus reſign. 1235.

10. Rudgerus II. reſign. 1241.

11. Erneſtus.

12. Wernherus ab an. 1246. † 1264.

13. Fridericus reſign. 1271. † 1280.

14. Wernherus II. ab an. 1271. poſtulatus ad S. Emmeramum 1279.

15. Bruno reſign. 1281.

16. Vlricus, Ircellus, ſeu Pochil reſign. 1306.

17. Chunradus de Zante reſign. 1316. † 1333. æt. 107.

18. Albertus Steinkircher † 1336.

19. Vlricus II. Altſtorfer † 1349.

20. Wernherus III. de Patula † 1356.

21. Albertus II. Steinkircher † 1365.

22. Vlricus III. Vichhauſer reſign. 1382. † 1390

23. Rudgerus III. Abbas Weltenburgenſis, Adminiſtrator † 1401.

24. Joan

24. Joannes I. † 1414.
25. Vlricus IV. *incertus.*
26. Albertus III. Glück reſign. † 1432.
27. Henricus II. Lymbeck 1436.
28. Fridericus II. Bapſt reſign. 1442. † circ. 1458.
Eraſmus Hagen, & Georgius Garhamer, *Adminiſtratores.*
29. Eraſmus Hagen, intruſus, reſign. 1445.
30. *Georgius* Garhamer electus 1443.
31. Petrus, *intruſus* An. 1445. reſignat. eodem Anno.
32. Georgius Garhamer, reſtitutus † 1468.
33. Joannes III. Kopp † 1482.
34. Joannes IV. Graſſer reſign. † 1520.
35. Georgius II. Eggl ab an. 1490. † 1526.
36. Michael Platner † 1529.
37. Vlricus Schöndel † 1559.
38. Georgius III. Fabri † 1565.
39. Hieronymus Merckel Adminiſtrator, Abbas 1570. † 1575.
— Abrahamus Kanedl, Adminiſtrator † 1578.
40. David Ellenbacher, Adminiſtrator, Abbas an. 1580. † 1582.
41. Georgius IV. Kaiſer † 1606.

42. Joan-

42. Joannes V. Stadler † 1619.

43. Lucas Budin, alias Wurffel † 163[illegible].

44. Andreas Pichler † 1634.

45. Stephanus Rieger depoſitus 1645.

— Placidus Bacheneder, *intruſus* 1645.

— Stephanus Rieger per ſententiam apoſtolicam reſtitutus, ſed nocte ſententiæ exſecutionem præcedente † 1653.

46. Placidus Pacheneder electus 1653. † eodem.

47. Romanus Schneid † 1677.

48. Dionyſius Jerg † 1684.

49. Bernardus Degl † 1693.

50. Otto Kraft † 1729.

51. Romanus II. Kiefer † 1756.

52. PETRUS GERL ab anno 1756.

MON. PRIFL.



MONUMENTA PRIFLINGENSIA

CODEX TRADITIONUM.

NUM. I.

Incipit Libellus Memorialis de fundatione de Inſtitutis de Prediis ſeu aliis Bonis Eccleſie Sancti Georgii Martyris. *)

Quia per incuriam vel negligentiam Prepoſitorum plerumque Eccleſias deſtrui & Bona Eccleſiarum alienari vel diſtrahi videmus. Ob hoc videlicet quod nulla ſint indicia ipſe Eccleſie per quos fundate & que vel a quibus collate ſint Eccleſiis. Nos proſpicientes in poſterum noſtra Eccleſia a quo quando vel quomodo ſit fundata. Unde vel per quos primitus diſciplinis re-

gularibus inſtituta que a quibus ipſi Eccleſie ſint collata breviter annotare. & ſic poſt futurorum memorie mandare curavimus.

*) Inter hæc Eccleſiæ Sancti Georgii alia Bona refertur quam maxime Bibliotheca, quam idcirco Veteres Monachi conſcriptis ſucceſſive libris huic volumini inſerere curaverunt, a nobis in ejus calce exhibendam.

PARS I.

Num. II.

Igitur notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus qualiter Domnus *OTTO* VIII. *Babenbergenſis Epiſcopus* inſpiratione divina edoctus (*) in Ducatu Bavvarico in pago danubiaco. in ſuburbio Ratiſponenſi (**) locum cui *Priuilegii* nomen eſt inditum in ſalvationem animarum previderit eligendum. Sex etenim manſos iuxta *Amberch* per ſe acquiſitos cum XIIII Mancipiis Eccleſie Dei Genitricis Virginis cujus *Vetus Capella* vocabulum eſt per manum liberi hominis *Meribotonis de Ebermundeſdorf* delegavit & cum his predium quoddam quod quidam homo *Raggo* nomine ad eandem Eccleſiam pertinens olim poſſederat cum in jus illius Eccleſie juſte & legitime perveniſſet. ab ipſa Eccleſia commutavit. illudque de manu *ADALBERTI DE WINDIBERGE ipſius Eccleſie Advocati* ſicut jus exigebat accepit.

Teſtes hujus rei more Bavvarico per aurem tracti ſunt hii. *Harthnith* ſcilicet *de Thiuren. Gebehart* & frater ejus *Gumpreth. Wicnant de Wolveſpach. Eggerich de Minnaha. Richere.*

Sed

Sed cum in eadem poſſeſſione magnam contradictionem a *Friderico de Pargetore* filio *Heinrici* filii predicti *Raggonis* haberet. datis ei octoginta argenti libris omnem contentionem eius diſſolvit.

*) Acta SS. To. I. Januarii. vitæ S. Erminoldi N. XII. & XIII. item To. I. Julii Vitæ S. Ottonis ex Sefrido N. XXII. & XXIII. *Guſt* in Divis Priflingenſibus vitæ S. Erminoldi cap. 3. Lit. b. c. Diploma *Conradi Imp.* A. 11 40. ſuo loco ex Originali dandum &c.

**) *Suburbium* hoc loco improprie & late accipitur, ut patet.

Num. III.

Anno igitur Domini MCVIIII. Preſidente univerſali Eccleſie Papa *PASCHALI.* Regnante *HEINRICO* hujus nominis quinto. conſtruxit ibidem in honore Dei Omnipotentis & Sancti Georii Martyris Monaſterium Monachorum ſecundum Regulam Beati Benedicti degentium in perpetuum ſavente Miſericordia Dei inibi futurorum.

Num. IV.

His rite diſpoſitis venerandus Epiſcopus dona nuntioſque honeſtos *Hirſaugiam* miſit. atque a venerando ejus Monaſterii Abbate *Brunone* Sanctum & Venerabilem Virum *ERMINOLDUM* cujus jam dudum in *terra ſua* (*) famam audierat, petiit & impetravit, eumque novo Monaſterio quod in Bavvaria ingenti ſtudio ac labore conſtruxerat Abbatem prefecit. Nam Anno Domini MCXIIII. menſe Auguſto electus, & cum non nullis fratribus admodum religioſis ad nos miſſus. Anno Domini MCXVII menſe Majo. XIII. Kalend. Junii a Venerabili *OUDALRICO* Patavienſi Epiſcopo conſenſu & rogatu

HARTWICI Ratiſponenſis Epiſcopi in Abbatem ſollemniter ordinatus. idem Monaſterium annis VII. nobiliter rexit. & Monaſtici Ordinis diſciplinam quam a Venerabili *WILLIHELMO* Hirſaugienſi Abbate didicerat nobis tradidit obſervandam. Qui multis virtutibus clarus Anno Domini MCXXI. VIII. Idus Januarii ipſo videlicet Theophanie Domini die decedens. atque a venerando Ratiſponenſi Epiſcopo *HARTWICO* in Eccleſia ante altare S. Crucis loco videlicet ſuis meritis congruente ſepultus. Reverentiſſimum Virum *ERBONEM* Priorem Celle *S. Georii* que eſt in *nigra ſilva* habuit ſucceſſorem. quem predictus *HARTWICUS* Epiſcopus XII. Kalend. Auguſti conſecravit Abbatem.

*) Poſſet inde quis merito ſuſpicari, S. *OTTONEM*, non e comitibus de *Andechs*, ut plurimis hactenus viſum fuit, ſed ex *Suevia*, quam *terram ſuam* ad pellat, & ubi *Hirſaugia* ſita eſt, originem traxiſſe. *Vid. Origines Domus boicæ Tom. II. pag.* 229.

Num. V.

Sed ut ad priora nunc redeam. itidem. Manſum. I. quem *Azilinus Scazflieſe* a quadam Matrona *Frenchinna* XL Marcis comparaverat *OTTO* Epiſcopus ab ipſo *Azilino* LX marcis comparavit. qui cum delegatus eſſet in manu *Salmanni* qui dicebatur *Tubar* petente *Azilino* delegavit eum in manum *Gumberti de Scambach* delegandum quocumque *OTTO* Babenbergenſis Epiſcopus poſtulaſſet. Filius itaque *Gumberti Megingoz* nomine cum idem manſus in manus ejus legatario jure deveniſſet. jubente predicto *OTTONE* Babenbergenſi Epiſcopo tradidit eum recens conſtructo Monaſterio. Cujus rei teſtes ſunt hii. *Meriboto & Gebehart de Ebermundesdorf. Starkere de*

Mu-

Muchendorf. Alben de Brunnen. Iſinrich de Sinxingin, Friderich de Loutenbach & alii multi.

Num. VI.

Volens quoque Epiſcopus adhuc ejuſdem loci terminum dilatare accepta oportunitate optinuit apud *Reginhardum Abbatem Sancti Emmerammi.* vt poſſeſſionem exiguam ad VIIII. jugera eſtimatam. eam videlicet planitiem que ab occidentali plaga novi illius monaſterii ſita. nunc ſtabula boum & hoſpicium pauperum ac Beati Andree Apoſtoli geſtat Eccleſiam cum *exitibus* & reditibus in jus Eccleſie Sancti Georii tranſfunderet. recepta plena & legitima compenſatione de fundis Eccleſie videlicet poſſeſſione alia paulo longius a novo illo Monaſterio ſita ad viginti ferme jugera menſurata. quatinus neutra Eccleſiarum rerum ſuarum dampna ſentiret. cum illa meliorem & latiorem. iſta vtiliorem ſibi & viciniorem. utraque vero cariorem ſibi terram poſſidendam acciperet. qua videlicet pactione firmata. poſſeſſionem illam que de rebus Sancti Georii in recompenſationem data fuerat *HEINRICUS DE SCOWENBURCH* tunc Eccleſie S. Emmerammi Advocatus in ſuam tutelam de manu *ADALBERTI COMITIS DE WINDEBERGE* Advocati ſcilicet Monaſterii Sancti Georii ſicut jus exigebat accepit. eam vero que ab illa Eccleſia commutata eſt Eccleſie Sancti Georii conſervandam in manum illius manu propria delegavit.

Teſtes hujus rei more Bavvarico per aurem tracti ſunt hii. *OTTO Prefectus. Heinrich de Biburch. Alben de Brunnen. Tuto de Kutingen.* & *Suiker* & *Engilmarus.* filii ejus. *Iſinrich de Sinxingen. Dieterich de Bongarten. Adalbero de Tumbrunnen. Meriboto de Ebermundeſtorf* & *Gebehardus* filius ejus. *Wern-*

her

her de Haſtnakre. Adelwart de Aiterhoven. Pertoldus de Hartingen. Chouno de Bouche. Oudalrich. Gotefridus. Item Gotefridus de Muſſe. Marcwardus & Geroldus de Tanne. Wernher de Blemberch. Adelgoz de Salra. Maginſo de Sirichingen. Megenpoz & Gotepolt de Rorbach. Tagino de Rotegen. Immo & *Gotepolt* fratres de *Maginſpach. Poppo de Gembach. Herman de Scalchenbach. Eberhart de Steine. Wolframmus de Zoudenruite. Heinrich de Chourbenruite. Ezzo Pinzerna. Starker* de *Muzindorf. Roudolfus de Oſterhoven.* & *Gotpolt* frater ejus. *Othnant de Steinbuhele. Megingoz* & *Willihalm de Miniginhuſen. Rouding de Scambac. Adalhalm* & *filius ejus Wicman de Ezimberg. Gumpret & tres filii ejus Megingoz Otnant & Gotpolt. Oudalrich de Cubiliſdorf.* Otto de *Oterſdorf. Wernher de Laccenruite. Heinricus de Ruite.*

Actum eſt hoc concambium Ratiſpone Domno *ERMENOLDO* tunc primo Privilegienſis Cenobii Patre. *Reginhardo* vero Monaſterii Sancti Emmerami Abbate. mediantibus utriuſque Eccleſie Advocatis *HEINRICO* videlicet de *Schowenburc* & Comite *ADALBERTO* de *Windiberge. HEINRICO* hujus nominis Vto. regnante.

Num. VII.

Sed & Domnus *Erbo* II. Abbas Privilegienſis Cenobii volens & ipſe dilatare terminum ejuſdem loci. accepta opportunitate optinuit apud *Engilfridum* Abbatem Monaſterii Sancti Emmerammi ut agrum qui adjacet Eccleſie Sancti Georii ſuperius in plaga auſtrali in extrema videlicet parte pomerii tam extra quam infra ambitum muri item in jus Eccleſie ſancti Georii tranſſunderet. ita dumtaxat ut ipſe de fundis ipſius Eccleſie

agrum

agrum alium latiorem & meliorem ſitum in terminis villule *Thekpeten* dicte & inſuper duo talenta argenti in recompenſationem acciperet. Cum ergo viſum fuiſſet utriſque hanc commutationem juſte & legitime ſine dampno utriuſque Eccleſie fieri poſſe. tres de familia Eccleſie Sancti Emmerammi homines legitimi. atque ad id negotium ſatis idonei ſecundum legum ſcita ſuper hac diffinitione requiſiti. affirmant ſub teſtificatione legitima juriſjurandi. modis omnibus ſufficere recompenſationem hujuſmodi. ſtatimque *Oudalricus de WOLFESTEIN* Advocatus Eccleſie Sancti Emmerammi agrum illum *qui de rebus* Sancti Georii in recompenſationem datus fuerat. in ſuam tutelam ſicut jus exigebat accepit. illum autem qui ab ipſa Eccleſia fuerat commutatus *Adalbero de Toumbrunnen* de manibus *Oudalrici* acceptum Eccleſie ſancti Georii manu propria delegavit.

Hujus rei teſtes ſunt hii. *OTTO PALATINUS. Adalbero de Toumbrunnen. Wernhart de Winkelſazen. Riwin de Manegoltingin. Iſinrich de Sinzingin. Ortwin prepoſitus. Luttwin Liſtmar. Heinrich Vnterzmgewelbe. Poppo de Hartingin. Oudalrich de Pentelingin. Goteſcalch. Oudalrich de Kelahaim. Mazilin & filius ejus Marcwart. Oudaſcalch. Gnanneliub* de Pruuiningin.

Anno ab Incarnatione Domini MCXXXV. Tercio regnante *LOTHARIO* actum Ratiſpone V. Kalend. Marcii feliciter amen.

Num. VIII.

Hec autem ſunt (*) loca que *OTTO* Babenbergenſis Epiſcopus per manus advocatorum eidem Monaſterio delegavit & ſervis Chriſti ibidem degentibus in victum veſtitumque con-

conceſſit. *Hemmenſgili. Wittenruith* (**) *Sigifridisruith. Vnderloch. Erlibach. Bruneſruith. Carlmanneſſelden. Srifloch. Pernruith. Reginharthdeſruith. Diezenruith* · *Roucinesruith. Chounenruith*: *Phaffeuruith. Durrenſaze. Rechart. Turne. Dietpirgeruit* cum ſuis appendiciis. *Imminruith. Gumprehtiſruith. Megingozisruith. Hiltebrandiſruit. Taginisruith. Gozwiniſruith. Eberhartiſruith. Oudalrichisruith. Gotepoldeſruith. Niuwenchirche. Wirndeſruith. Pernruith. Friderichiſruith. Vronowe. Cretental. Tiufenruit. Izenruith. Eberhardiſruith. Haveranesdorf. Gotepoldeſruith de magnſpach. Riwineſruit de Rode. Rahwinesruith. Stokke. Graſolvingin. Oberndorf. Ahebach. Lenginvelt.* Eccleſiam in *Scambach* & manſum unum. in *Chokertal* quatuor manſos. Apud *Scachen* tres manſos & dimidium. *Hembur.* Apud *Clingin* duos manſos & dimidium. In *Windewinkele* quatuor manſos. *Boulid.* Apud *Stadala* duos manſos & dimidium. Apud *Sconeberg* tres manſos & dimidium. Aput *Arnuſt* tres manſos juxta fontem duodecim manſos (***) in *Niuwenchirche* manſum unum & curtem. In *Grula* manſum. In *Wolmuteſdorf* quattuor manſos. in *Waginſaze* duos manſos. In *Waltenhoven* manſum unum. In *Oterſhoven* & in *Dytfurte* manſum unum. In *Armenſelde* manſum unum. In *Moſeheim* manſos duos. Apud *Swecenberg* manſum unum. in *Sneitbuhel* & in *Stokke* quattuor manſos & dimidium. Eccleſiam in *Koſerokeſruith* cum tribus manſis. Item ibidem manſum unum. Predium quoque in *Lobeſingen* quod a quadam Matrona nomine *Hadmouda* data per concambium in *Wizenhaha* decimatione accepit. & aliud predium in *augia Rathardi.* quod item a fratribus Sancti Michahelis per concambium ſumpſit. datis eis duobus regalibus manſis in *BANCENGOWE* juxta *Sunderhoven. Gembach* quoque. *Munnenbach Sitenloch. Maliſdorf.* que *Otto*

Mi-

Miniſterialis ejus in beneficium habuit. donec ea ſponte cum ſeculo ipſo dereliquit. & quibus idem Epiſcopus per concambium datis cellam ſuam *Aſpach* a prefato cenobio mutuavit.

*) Hic ſpatium relictum eſt, forte ut ſcriptor, ſi catalogum locorum integrum aſſequi aliquando licuiſſet insereret, = *omnia* = .

**) *Ruith*, quod toties hoc loco occurrit, *novale* eſt *Wittonis*, *Sigifridi excultum*, ſeu *runcatum*, quod hodie dicunt *Ried*, vel *Reith*.

***) Quia hic duodecim manſorum fundus eruta partim ſilva novalis erat, majoribus Kreut, ac demum ob ſitum (longa ac unilaterali ſerie poſitis ædificiis id merebatur) Langenkreut dici cæpit. porro *fons* ſubſidens currentibus ſeculis diſparuit, at ſubterraneo meatu ſibi facto in reducta valle erumpens frigidiſſimas aquas protrudit, vel ideo æſtuantibus ſiti equis, experientia teſte mortiferas.

Num. IX.

Nolumus ignorare Chriſti fideles tam futuros quam preſentes de predio quod *Pruviningin* eſt ſitum. in quo & Monaſterium Sancti Georii eſt conſtructum qualiter *COMES ADALBERTUS* legitimo concambio in ſuam defenſionem illud ſuſcepit. & *OTTO* Babenbergenſis Epiſcopus canonicis de Veteri Capella ſuper eodem predio cauſantibus ſex manſos in oblationem fratrum reſtituit. Sed ne forte in poſterum de illa re aliqua rationabilis querimonia oriatur preſente Babenbergenſe Epiſcopo *OTTONE* & ejuſdem loci Abbate. *Erbone.* nec non *ADALBERTO COMITE* utriuſque loci defenſore univerſi Veteris Capelle confratres omnimode controverſie retractationem in manu predictarum Perſonarum abdicaverunt & ad confirmationem huius rei devota mente ſubſcripſerunt. Ego *Wicpoto Decanus* ſubſcribo. Ego *Kadalhohus* ſubſcribo, Ego *Oudalricus* ſubſcribo, Ego *Oudalricus*

alter ſubſcribo. Ego *Oudalricus* tertius ſubſcribo. Ego *Gumpo* ſubſcribo. Ego *Wicelinus* ſubſcribo. Ego *Counradus* ſubſcribo. Ego *Adalbertus* ſubſcribo. Ego *Gebehardus* ſubſcribo. Ego *Gebehardus* ſubſcribo. Ego *Perngerus* ſubſcribo. Ego *Merboto* ſubſcribo. Ego *Rahwinus* ſubſcribo. Ego *Adalbertus* ſubſcribo. Ego *Merboto* ſubſcribo. Ego *Gotefridus* ſubſcribo. Ego *Reginboto* ſubſcribo. Ego *Pernoldus* ſubſcribo.

Sex vero manſi pro commutatione prefata oblati. a quodam Meribotone ſunt empti. & in villa Nannslineſdorf prope Amberch ſiti.


Num. X.

Hoc Privilegium continetur aput Veterem Capellam in Omelia inferius in ymargine illius Evangelii. Simile eſt regnum celorum homine Regi qui fecit nuptias filio & exprimit concambium ſex manſuum pro beneficio *Raconis* quod pertinebat ad Veterem Capellam receptorum.

Notum ſit omnibus fidelibus futuris & preſentibus quod quidam nobilis vir nomine *Merboto* rogatu Epiſcopi Babenbergenſis *OTTONIS* ſex manſos ad Villam que dicitur *Nenſelineſdorf* ſitos. ad aram Sancte Marie Veteris Capelle in manu Advocati *COMITIS ADALBERTI* delegavit. eo tenore ut fratres Domino ibidem famulantes eiſdem bonis jure prebendario perpetuo utantur. Hujus rei teſtes ſunt. per aures tracti. *OTTO Prefectus. Fridericus de Petendorf. Poppo de Gebenbach. Richero. Rupertus de Aſcha.* & frater ejus *Gerunch. Dietricus de Waltenhofen* & frater ejus *Wernhart. de Zacenchoven. Heinricus Erdel. Rupertus de Palſenze. Tuto de Chunitinge. Eppo de Niuhaim.*

Num.

III pag. X



Num. XI.

OTTO Babenbergenſis Epiſcopus comparavit XIIII. Marcis dimidiam vineam apud *Oberndorf* cum omni jure, quo ibi ſita eſt, quæ fuit cujusdam *Giſele* & filiorum ejus. hæc ipſa vinea delegata eſt in manu *nigri Luituwini* qui tradidit eam euidem compari ſuo *Mathoni* filio ſororis ſue illuc delegandam quo petierit Abbas Pruuinenſis. hujus rei teſtes ſunt hii *Megengoz de Minegenhuſen. Pater predicti Mathonis. Adalbertus cognomento Chaſpizze.* & filii ejus *Ortliep* & *Friderich. Outo* & frater ejus *Gotefridus. Luituwin Liſtmar.* & filius ejus *Luituwinus. Sigehart* de *Attingen. Engelbrecht de Cidelarin. Eccehart* & frater ejus *Azilo.* filii predicte *Giſele. Waltherus* pictor. *Luibman* de *Nitenowe. Oudalricus Sellarius. Heinricus filius Latini.*

Num. XII.

Notum eſſe cupimus omnibus preſentibus & futuris, quod quidam dives nomine *Pero* miniſterialis Babenbergenſis accepta uxore libera nomine *Irmigart* genuit ex ea filiam nomine *Enzewip.* que genuit filiam vocabulo *Giſlam* quam cum filia ſua *Richza* & ceteris poſteris ſuis idem *OTTO* Epiſcopus fundator noſtri Monaſterii tradidit ſuper altare Sancti Georgii jure miniſterialium ſervire eccleſie noſtre.

Num. XIII.

OTTO Babenbergenſis Epiſcopus tradidit Monaſterio S. Georii Tria mancipia ea videlicet conditione ut annis ſingulis cenſum X. denariorum ad altare Sancti Georii perſolvant. Quorum iſta ſunt nomina Roudolfus, Wolframmus, Fratres. & ſoror eorum Engizwib.

Idem Epiſcopus delegavit eidem Monaſterio S. G. X. & VIII. mancipia. ea videlicet conditione. ut ſingulis annis cenſum. V. denariorum ad altare Sancti Georgii perſolvant. Quorum nomina hec ſunt. Hazecha Mater. Herwich. Wernher. Izo. Irmigart. Richiza. Adalhait.

Merigart Mater. Chounrat. Bertha.

Dithlit, Willibirch. Volchmar.

Chunigunt. Hacecha. Herluch.
Bertha.
Luipman.

Num. XIV.

OTTO Babenbergenſis Epiſcopus pratum quoddam juxta *Hembur* ſitum ab *Wernhero de Hage* commutavit. dans ei in jus legitime commutationis de bonis Sancti Georgii manſum unum in *Vriſinbrand* ſitum. Pratum vero illud tradidit Monaſterio Sancti Georgii. perpetuo poſſidendum. Teſtes ſunt hii. *Gotpolt de Choſerocheſruit.* & filius ejus *Dietricus. Megingoz* Frater *Gotpoldi*, *Othnant de Lofental.* Junior: *Otnant de Cochertal. Heinrich* & *Haidfolc de Riwiniſruith.* Poſtea vero idem *Wernherus* manſum illum in *Vriſinbrand* ſitum Epiſcopo reddidit. & manſum alium in *Lakinruith* ad ſilvam Epiſcopi pertinentem. ab eo in beneficium accepit.

Num. XV.

De Commutatione Decimarum. de vineis Oberdorf. & aliis.

CHU-

CHUNO Dei gratia Ratiſponenſis Epiſcopus. Agnoſcant omnes. tam futuri. quam preſentes. *Perngerum* Abbatem Sancti Emmerami. cum fratribus ſuis. abdicaſſe querimoniam decimarum. de vineis *Oberdorf.* conſenſu Decani. *Wernheri. de Agilſteten. Prukkedorf.* etiam Decimas. Silvam juxta *Graſolvign. Haide* prope danubium, ubi ſunt communia paſcua. & poſt concambium. tempore *Heinrici* Epiſcopi factum. agrorum jugera. quecumque conquiſita ſunt. unde decimas ſibi non datas conqueſti ſunt. abdicaverunt. vnde fratres Bruviningenſes. recompenſationis eſtimatione; predia dederunt ipſis. ad. IIIIor. talenta & dimidium. *Machindorf* IIo. Talenta. *Richolfſteten.* XII. Solidos. *Ahevekkingin.* C. Nummos. *Vnkiſpach.* dimidium Talentum. quod contigit predicto plebano. de *Agilſteten.* Itaque terminata ſunt hec legitime. Perſonis utriuſque loci Capitaneis. Epiſcopis. *OTTONE* Babenbergenſe. *CHUNONE* Ratiſponenſe. Abbatibus. *Perngero* Sancti Emmerami. *Erbone* Bruuiningenſe. *ADALBERTO COMITE. DE POGEN. Advocato.* S. Georii Bruvininge. *Heinrico de Altindorf.* Advocato. S. Emmerami. Teſtes ſunt. *PERTOLDUS MARCHIO. DE ANDEHSSE. HEINRICUS. BURGGRAVIUS. Erbo. de Mangoltingin. Oudalricus Vicedominus. Altmannus de Eglofeshaim. Hartwicus de Lihtenberch.* & filius ejus. *Hartwicus. Otto de Valcheinſtein. Gozwinus Vrbanus. Vlricus Chargil.* & frater ejus. *Rubertus. Albertus de Suzinbach. Ruthlant de Grezperhc. Hartwicus Dapifer Epiſcopi. Otto. de Lengenau. & filius ejus Gotfridus. Oudalricus & Hertiwicus in porta. Gebolfus de Souzzenbach. Gebolfus. & filius ejus Chunradus. de Moshaim. Radolt de Giſlingin. Reimar de Amberch.*

Num. XVI.

Num. XVI.

EILBERTUS Epiſcopus Babenbergenſis tradidit manu ſua ſuper altare Sancti Georgii VII. mancipia. eo videlicet pacto. ut ſingulis annis cenſum V. denariorum perſolvant. Quorum nomina hec ſunt. Marchwart. Hiltegart. Giſela. Perhta. Hilta. Gotſchalch. Azela. cum liberis ſuis Pilgrimo.

Idem Epiſcopus *EILBERTUS* tradidit monaſterio S. Georgii *predium* *) in *Ezſtal* ſcilicet partem nemoris in Tangrinel (**) ad V. manſos. ea videlicet conditione. ut ad uſum lignorum fratribus in perpetuum ſerviret. nec unquam ad cultum agrorum exſtirparetur a quoquam. Teſtes hujus rei ſunt *Luipoldus Canonicus. Herman de Sleten. Sefridus Capellanus, Adalbero de Houmricheſtorf* & filius ejus *Hartwicus. Heinricus de Vteloheſdorf.* & frater ejus *Megingoz. Herman de Aiſke.* & filius ejus *Herman. Heinricus de Gunzendorf* & frater ejus *Gotfrit. Gotpolt de Oſterhoue. Hartlib de Winzere. Eberhart de Staine* & filius ejus *Eberhart.*

Eberhart de Staine. Wernher de Hage. & Comitis nuntii. *Haitfolch* & *Otnant* Epiſcopi Forſtarii conſignatores erant nemoris.

*) Paſſim *PRÆDIUM* idem ſonat ac *Fundus*, *Solum* ſeu cultum ſive incultum, *nemore*, agro, prato, ſeu ædificio &c. indutum; Germanis Grund und Boden.

**) Manus Sæculi XIII. medii Nomen Nemoris in margine exprimit *Lauberharde.*

Num. XVII.

Num. XVII.

Predium in Intal.

Roudolfus de Oſterhoven predium. habuit. in loco quid icitur *Hus in demintal.* quod ipſe tradidit ad Hoſpitale in Bruviningin. ad ſolatium pauperum. Quod videlicet predium. Domnus *EBERHARDUS* Epiſcopus cum conſilio *Rouldolfi* ab hoſpitali abſtulit. & ad dirimendam litem. que erat inter Epiſcopum Babenbergenſem. & Salzburgenſem. idem predium legitima commutatione Salzburgenſi ecclesie tradidit. Sed ne dampnum pateretur elemoſinaria domus. illius predij ablatione. ad commutationem illius. talentum dari conſtituit. Quocirca quia cura eſt fratribus Bruviningen. pro ſuo hoſpitali vobiſcum agere. veſtrum eſt. ut pro veſtra benivolentia. & amore eterne retributionis. talentum. eis in loco certo deſignetis.

Num. XVIII.

De Sale Halle.

Roudolfus *Prepoſitus de Halle* & uxor ejus *Irmigart.* perſolvunt ut conſtitutum eſt quatuor clauſtris. ſcilicet *Aſpach. Alterſpach. Oſterhouen. Bruuiningin.* omni anno VI. talenta & dimidium. vel quantum ſalis pro hac pecunia reddere debent. Quarum rerum diſtributio talis eſt. Ad *Aſpach* perſolvunt unum talentum vel VIII. Carradas ſalis. ad *Alterſpach* X ſolidos. vel X carradas ſalis. ad *Oſterhoven* XII. ſolidos. vel totidem carradas ſalis. ad *Bruuiningin.* XX. ſolidos vel totidem carradas ſalis. Sexaginta denarii qui ſuperſunt de predicta pecunia ad jus villici pertinent.

EBER-

EBERHARDUS Dei Gratia Babenbergenſis Epiſcopus *Roudolfo* Hallenſi & uxori ejus *Irmigarde.* omne Bonum. Mandamus vobis ſub optentu gratie noſtre. ut quod de villicatione noſtra fratribus noſtris debetur. juxta quod in preſenti carta notatum eſt. certo deinceps tempore quod vobis & ipſis complacuerit. ſine contradictione perſolvatis.

Singulis his quatuor clauſtris. que hic annotata ſunt. cartam noſtro ſigillo ſignatam commodavimus. ut hujus noſtre conſtitutionis ipſi fratres noſtri teſtes ſint. quorum utilitatibus hec bona nos & beate memorie Predeceſſores noſtri. *OTTO* videlicet & *EILBERTUS* Epiſcopi providimus.

Num. XIX.

E*BERHARDUS* Epiſcopus Babenbergenſis favens piis ſtudiis Predeceſſorum ſuorum videlicet Beate memorie *OTTONIS* & *EGILBERTI* Epiſcoporum bona que ab eiſdem monaſterio Sancti Georgii collata ſunt. ipſe quoque manu propria ſuper altare Sancti G. confirmavit eidem Eccleſie conſervanda in vſus fratrum inibi Domino ſervientium jure perpetuo. faventibus & aſſentientibus in id ipſum his qui preſentes aderant. quorum nomina ſunt hec. *Volcmarus* Canonicus Babenbergenſis. *Eberhardus Scolaſticus. Rathloch Capellanus. RAPOTO COMES. Adeloltwaltpoto. Otto de Louitenbach. Friderich de Herigoltesbach. Reginolt frater Epiſcopi. Pillunch de Meneſtorf. Ratloch Pillangi filius. Wolfram de Zoubinruite. Heinrich de Chouruinruite. Heinrich de Aiſke & Gotfrit frater* ejus. *Eberhart de Steine. Luipolt de Wiſintowe. Counrat de ſteinbach. Mazilo dapifer Epiſcopi. Marcwart Outonis filius. Adalbero Ezzonis filius. Roudolf filius ſororis ſupradicti Heinrici & Gotfridi.*

Num. XX.

Num. XX.

E*BERHARDUS* Babenbergenſis Epiſcopus predium in *Haimberch* & Oummedorf tradidit *Egilolfo de Staine.* recipiens ab eo in jus legitime commutationis pratum quod ſitum eſt in *Tangrintel*, quo ipſe ab eodem inbeneficiatus erat. & tradidit illud Monaſterio S. Georgii. Teſtes ſunt. Idem *Egilolfus de Staine. Wernhart de Rammelſtain. Fridericus de Tomnhauſen. Wichman de Ichenhoven. Marchuuart* item inde *Rehwin de Hergolteſhoven. Chounrat de Chochorbalc. Regilo* frater ejus. *Egiloff* frater ejus. *Oudalricus de Wiſkenvelt. Reginolt de Oura. Gundeloh. Gotpolt Oſterhoven.* Gotpolt *Capellanus.*

Num. XXI.

Dimidia vinea in Oberndorf.

G*iſila* & filius ejus *Acelinus Eccehardus.* & tercius qui eſt clericus. acceptis a fratribus XIII. Talentis. tradidit Monaſterio S. Georgii dimidiam vineam apud *Oberndorf.*

Altera Pars vinee.

Cujus vinee alteram partem item ab ipſa & a tribus filiis ejus *OTTO* Babenbergenſis Epiſcopus in uſus fratrum XIIII. marces comparaverat. Hec ergo pars vinee que ab ipſis fratribus comparata eſt, delegata fuerat in manus *Adalhardi* qui eſt juxta portam. & hic delegavit eam in manum *Maktonis filii Megingozi de Miniginhuſen* conſervandam cenobio Bruuiningen & quocunque Abbas loci fratresque petierint delegandam. Teſtes hujus rei ſunt *Adalbertus Choſpizze* & filius ejus *Ortliep. Warnd de Rubenruith. Friderich Muut. Pernolt Tuſcan. Luitwin*

win Liſtmar. Ortwin Albus. Oudalſcalck & Mazila de Bruuiningen. Kadelhoch de Suairinbach. Heinricus Wingebe. Adalbero filius Danubii.

Num. XXII.

Mancipia.

OTTO Babenbergenſis Epiſcopus tradidit Monaſterio S. Georii quedam mancipia ad cenſum V. denariorum quorum nomina hec ſunt Goteſdin. Giſela. Richza. cum filia Juditta. Pertolt. Giſela. Perhtrat. Gozwin. Luikart. Hailuuich. Touta. Sigifrit. Hec mancipia quidam Hagono de Witharteſdorf Prepoſitus Palatini Comitis per potentiam injuſte opprimens ſuo ſervitio mancipavit. ſed Poſtea penitentia ductus ſuper altare S. Georgii abdicavit hec que inique poſſederat & eadem mancipia cum omni libertate ecclefie noſtre reſtituit. Cujus rei teſtes ſunt. *Rudewic de Ratiſpona. Engelhart. Oudalricus. Hagano. Gebehart. Mahtfrid. Oudalricus Hirtele Herman. Engelbrecht omnes de Ratiſpona. Wirnt. Pertolt. Werngant. Egilolf. Gotſcalchiten alius Gotſcalc. Perhtolt. Adalbrecht. Walther. Pertolt. Herman. noſtri ſervientes.*

Num. XXIII.

Manciplorum Traditio.

OTTO Babenbergenſis Epiſcopus tradidit ſuper altare. S. Georgii duo mancipia eo videlicet pacto ut ſingulis annis cenſum. V denariorum perſolvant. Quorum nomina hec ſunt. Hadibrelit & Vxor ejus Rouzila. (*) Teſtes ſunt Gumpreht.
[illegible] Oth-

Othnant. Megingóz Gotebolt. Wicman de Ezzinberch. Adalhalm. Oudalricus de Tanhuſen.

*) Alia manus margini inſcripſit ſequentia:
Ex quorum filiabus Richard. & Hadwic. nati ſunt hi.
Liberi Richardis. Wicpertus Perhta.
Liberi Hadwic. Gerbirch. Chungunt.
Chunradi duo. Ortwin. Sibot. Heinricus. Rudger.

Idem Domnus *OTTO* Babenbergenſis Epiſcopus tradidit ſuper altare Sancti Georgii duo mancipia Liugarden & Perhtam & filiam Perhte Mergarden. cujus filie Gerbirch & Hilteburch.
Gerbirgis filii Hartwicus & Meingoz.
Liugarr & Mergart.
Filii Hiltburch Rapot. Deinhart. Perhta.

Mancipia in Villa Pruvening.

Item Domnus *OTTO* Babenbergenſis Epiſcopus tradidit ſuper altare S. Georgii duo mancipia Pernoldum lapidem & ſororem ejus Mergardem. que genuit quatuor liberos Leukardem videlicet & Heinricum Minwardum Pernoldum. Leukardis vero gennit. V. Liberos. Levtwinum Hæinricum Fabrum Vlricum Fabrum Alheidem Alheidem.

Num. XXIV.

Heinricus de Ammeberch. beneficium ſuum. *Ammaneſriatet* quod habent a Bruuiningenſibus. ipſis obpignoravit. pro XVIII. Talentis. datis inſuper duobus talentis. *Reinmare de Amberch.* qui aliter dimittere noluit predictum beneficium. prius ſibi obpignoratum. quod ſi non redemerit. infra purificatio-

nem S. Marie. & feſtum S. Walpurge. reditus preſentis anni. de eodem predio. fratribus Bruuiningenſibus contingent. Teſtes ſunt *Reimmar.* & filius ejus *Otto. Othnant. Wiſint. Albertus Gotfridus filii Othnandi. Rapot ſororius ejus. Rapot Dux. Sibot Naſil. Erneſt. Wainare omnes de Amberch. dietricus de Sigil. Franco de Sluhte. Acta Ratiſpone. in domo prefati Ohtnandi.*

Num. XXV.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus quod *Roudgerus* Abbas (*) uſus prudentum fratrum ſuorum conſilio. locavit *Marquardo de Tourlingin* cognomento *Laner.* predium in *Tourshuche.* & molendinum quod vulgariter vocatur *Munchemoul* ea conditione: ut ipſe idem molendinum quia exuſtum fuerat reedificaret. & utraque predium videlicet & molendinum uſque ad Terminum vite ſue libere & ſine cenſu poſſideret. Hoc enim ipſe a longe retroactis temporibus. fidelibus obſequiis monaſterio exhibittis promeruit. Eo vero decedente heredes ejus hoc pacto ei ſuccedant. ut de molendino VI. Solidos & de predio LX. denarios annuatim Monaſterio perſolvant. Et hoc utrobique collaudatum eſt: ut nec predium nec Molendinum deinceps cuiquam inpignoraretur.

*) Hujus Nominis primus

Num. XXVI.

In nomine Domini Amen. *Rudigerus* Dei Gratia Abbas totuſque Conventus in Pruveningen. omnibus preſens ſcriptum intuentibus. Orationes in Domino & ſalutem. Noverint univerſi tam poſteri quam moderni. quod nos obtentu devote

Hein-

(*) I

Heinrici civis Ratiſpons. cognomine *Clerici.* annuentes. Molendinum noſtrum in *Nitenawe* ſitum. nobis vacans. ſibi & uxori ſue *Mahtildi.* unanimi conſenſu cum omnibus adtinenciis ſuis conceſſimus jure hereditario poſſidendum. ita quod ipſi. cunctique propagationis ordine eis ſuccedentes. dictum molendinum Hereditatis titulo poſſeſſuri. cenſum duarum librarum. Ratiſponenſis monete. ſingulis annis in vigilia vel in die. S. Jacobi. eccleſie noſtre ſolvant. etiamſi quandoque eventu aliquo contingente debito exinde uſu fructuario careant. Verum ſi forte in prefato die cenſum pretaxatum perſolvere neglexerint. niſi de dolo aut malicia ſe expurgent. cenſum ipſum infra ſex ebdomadas poſt. nobis dabunt duplicatum. alioquin jus hereditarium quod eis in molendino prehabito ex conceſſione noſtra competere dinoſcitur. eccleſie noſtre libere vacabit. contradictione cujuslibet non obſtante. Si quando autem aliquis eorum ad quos jus idipſum ex ſucceſſione devolvitur. illud forte neceſſaria occaſione in aliam perſonam tranſferre voluerit. hoc de Prepoſiti noſtri conſcientia eſt facturus. ſed nec per eum ut conſuetudinis eſt habere debet impedimentum. dum modo perſona in quam tranſſertur. nobis congruat atque bonis. Ne igitur talis noſtra conceſſio & pacti obſervacio. poſſit aliquo modo impoſterum aboleri. preſentem paginam ſeriem rei continentem ſigillorum noſtrorum appenſione & teſtium annotatione fecimus roborari. Teſtes autem ſunt. *Heinricus de Ponte Judeorum* Canonicus veteris Capelle. *Otto* Vicarius majoris eccleſie Ratiſponenſis. *Chunradus* de *Nitenawe. Rupertus de Wiſendorf. Vlricus dens. Gerlochus & frater ejus Heinricus* filii *Gerhohi. Chunradus de Eppenſtorf. Fridericus Domini Ottonis Vicarii ſororius. Fridericus Preco & filius ejus ejuſdem nominis. Karolus frater Gamerici. Heinricus de Wirt. Herbordus* ſervus domini

mini Abbatis *Heinricus Snidar de Prukdorf. Sibot Garnroch Chunradus Moul Chunradus Rab Perhtoldus Zanker Heinricus* Precel. & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Domini. M. CC. XXXVIIII. duo decima Kal. Julii.

Num. XXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus. quod Dominus *Vlricus* Abbas hujus loci XVI°. Anno Domini. M. CC. LXXXI. VIII. Kal. Octobris. hoc eſt in die beati Ruperti Epiſcopi. optinuit ſententialiter in *Sinzinge* coram judicio, preſidente ibi iudice de *Abach Gebolfo.* Silvam ex altera parte danubii que vulgo dicitur *Gemainde.* quam ſibi injuſte uſurpabant homines de *Sinzingen.* Huic facto interfuerunt hii *Vlricus liber de ABENSPERCH. Witigo. Chunradus Zant. Alhardus Gebhardus Sacerdotes. Crtlibus de Pheter. Otto de Avekingen. Vlramus. Gogel.* (*) *Chounhut. de Abach.* & omnes villani & alii plures.

*) Lectio dubia. fors idem eſt ac *de Galle* quales hoc loco & Tempore extitere; Gogel enim Germanis, Gallus eſt latinis. vel legendum *Kergel* quod vix probabile legenti.

Num. XXVIII.

Beneficium.

Oudalricus Parrochianus de *Ezzingin* accepit beneficium a fratribus unde ſingulis annis dantur ei XVI. Modii ſiliginis. & IIII. Modii tritici & X Modios avene. & LX denarii. ea

con-

conditione ut de eodem beneficio quoad vixerit uſum fructuarium capiat. (*)

*) Hi fundi Monaſterii Priflingenſis ſiti ſunt in *Painten*, diviſi in quatuor colonos.

Num. XXIX.

Anno Dominice Incarnationis MCXVIIII. IIII. Idus Mai. conſecratum eſt hoc Templum in honore Sancti Georgii, a Venerabilibus Epiſcopis Ratiſponenſi *HARTWICO*. & Babenbergenſi *OTTONE*. Continetur etiam in principali altari de ligno Domini. Reliquie. S. Marie. Sanctorum Apoſtolorum. Petri & Pauli. Andree. Mathei. Marci Evangeliſte Barnabe. Sanctorum Martyrum. Stephani Protomartyris. Clementis. Dyonifii Ruſtici & Eleutherii. Laurentii. Vincentii. Sebaſtiani. Criſogoni. Pancratii. Sanctorum Confeſſorum. Ermachore. Fortunati. Salini. Albini. Furſei. Gundolfi. Drudonis. Juventii. Sanctarum Virginum. Genofeve. Grate. Columbe. Glodeſindis. (*)

*) Ad Monaſterii fundationem quam hoc Codice recenſere intendebant pertinere non tantum prædiorum ac Bibliothecæ ſed quam maxime Sacrarum Eccleſiarum atque altarium adnotationem recte arbitrati ſunt veteres Monachi, quod & hic ſatis manifeſtarunt. Porro ſummi altaris Eccleſiæ primariæ tabula loco ſuo amota eſt 1707. cum Reliquiæ S. Erminoldi excavato ſpatio eo transferrentur XI. Auguſti ejuſdem anni (vid. *Guſt.* in divis Priflingenſibus. vit. S. Erminoldi N. XCI.) unde altare denuo conſecratum eſt 4. Septemb. ejuſdem anni, & aliæ Reliquiæ incluſæ; cujus rei monumentum, appendicis modo, N. XXXIV., adjecimus.

Num. XXX.

Eodem anno & ipſa die dedicatum eſt altare quod ſitum eſt in medio Templi in honore Sancte Crucis & S. Pancratii. a Ven-

a Venerabili Ratiſponenſi Epiſcopo *HARTVICO*. Continetur etiam ibi de ligno Domini. de Sanguine. de Preſepio Domini. Reliquie Sanctorum Viti Albini. Geneſii. Ferrutii.

Num. XXXI.

Eodem anno & ipſa die conſecratum eſt altare in ſiniſtro Cornu. in honore S. Johannis Baptiſte a venerabili Babenbergenſi Epiſcopo *OTTONE*. Continentur etiam ibi reliquie Sanctorum Martyrum Marcelli Pape & Martyris. Blaſii. Lamberti. Adalberti. Cypriani. Quirini. Anaſtaſii. Maurini Abbatis. & Martyris.

Num. XXXII.

Eodem anno & ipſa die conſecratum eſt altare in dextro Cornu. in honore S. Benedicti a Venerabili Ratiſponenſi Epiſcopo *HARTWICO*. continentur etiam ibi reliquie Sanctorum Confeſſorum Marci Pape. Gregorii. Nicolai. Eucharii. Materni. Remacli. Oudalrici. Galli. Columbani. Pauli Heremite.

Num. XXXIII.

Eodem anno & ipſa die conſecrata eſt Capella que adheret dextro lateri Monaſterii in honore S. Alexii Confeſſoris mire Sanctitatis viri. a Venerabili Ratiſponenſi Epiſcopo *HARTWICO*. Recondite ſunt etiam ibi Reliquie Sanctorum. Timothei Apoſtoli. Sanctorum Martyrum. Laurentii. Vincentii. Symphoriani. Patrocli. Sanctorum Confeſſorum. Martini. Nicolai. Eucharii. Valerii. Materni. Maximini. Arnoulfi. Loudewini. Goaris. Columbani. Celſi. Sanctarum Virginum XI. Milium. & de terra earundem.

Num. XXXIV.

Num. XXXIV.

Reverendiſſimus, & Illuſtriſſimus in Chriſto Pater, & Dominus D. *Albertus Erneſtus* Epiſcopus Laodicenſis, Coadminiſtrator Ratiſbonenſis Sacri Romani Imperii Comes de *WARTTENBERG* conſecravit hoc altare in honorem Dei omnipotentis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum ad nomen & memoriam S. Georgii Mart. Summum eccleſiæ Monaſterii in Prüfling conſueto ſolemni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ritu, incluſis Sanctorum reliquiis Sanctæ crucis, SS. Apoſtolorum Petri & *Pauli*. S. *Georgii* M. SS. Coſmæ & Damiani M. SS. Joannis & Pauli M. S. Mauritii M. S. Gereonis; & S. Leonardi M. S. Benedicti M. S. Erminoldi Abbatis M. I. in Prüfling. S. Candidi M. S. Innocentii M. S. Wolfgangi Epiſcopi. S. Benedicti Abbatis fundatoris ordinis. Ita eſt. Albertus Erneſtus Epiſcopus Laodicenſis Mppria.

Anno M.DCC. VII.

Menſe & die 4. Septembris.

(L. S.)

Num. XXXV.

Anno Domini MCXXIII. Indictione I. XI Kal. Septembris dedicata eſt Eccleſia (*) infirmorum a Venerabili Babenbergenſi Epiſcopo *OTTONE* in honore Beatiſſime Dei Genitricis Marie. Continentur autem in ea hee Reliquie. De ligno Sancte Crucis. De Sepucro Domini. De Veſtimentis S. Marie. Johannis Baptiſte. Andree. Jacobi. Bartholomei. Philippi. Jacobi. Symonis. Jude Apoſtolorum. Adalberti, Lamberti. Epiſ-

coporum & Martyrum Georii. Laurentii. Vincentii. Cyriaci. Johannis. Pauli. Sebaſtiani. Hermetis. Sergii. Bachi. Criſpini. Criſpiniani. Mauricii. Gereonis. Viti. Juliani. Creſcentii. Pelagii. Dulciſſimi. Cariſſimi. Sigiſmundi Martyrum. Martini. Nicolai. Auguſtini. Severini. Euſebii. Apri. Wolfgangi. Erhardi. Manſueti. Diſibodi Epiſcoporum. Benedicti. Loudegeri. Birini. Confeſſorum. Agathe. Cecilie. Margarete. Eufemie. Tecle Virginum & Martyrum. Anaſtaſie Martyris. Brigide. Waltpurgis. Gerdrudis. Dorothes. Heraſme Virginum.

*) Hinc corrigitur *Fontilegium*, quod lapſu facili ſeu *Weixeri* ſeu Typothetæ ponit IX. Kal. Sept.

Num. XXXVI.

Anno Dominice Incarnationis M. C. XXV. Indictione IIII. XI. Kal. Auguſti. conſecratum eſt templum in Hempur. a venerabi Babenbergenſi Epiſcopo Ottone. in honore primi Sigilli videlicet Incarnationis Domini. & in honore Sancte & individue Trinitatis & victoriſſime Sancte Crucis & Sancte Dei Genitricis Marie. ſpecialiter autem in honore ſancti Johannis Baptiſte. Continentur etiam hic reliquie ipſius S. Johannis. S. Andree. Apoſtoli. Lamberti Epiſcopi & Martyris. Mauricii. Martyris. Colomanni. Martyris. Hechardi. Epiſcopi. & Confeſſoris. Herchinwaldi. Epiſcopi. Hellarii. Conf. Datiani. Confeſſ. S. Gertrudis. V.

Num. XXXVII.

Anno Dominice Incarnationis MCXXV. Indictione. IIII. II. Kal. Decemb. conſecrata eſt Eccleſia que conſtructa eſt

jux-

juxta Elemoſinariam domum in honore S, Andree Apoſtoli. a Venerabil: Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopo *OTTONE* Continentur etiam ibi Reliquie Sancti Andree Apoſtoli. Blaſii Epiſcopi & Martyris. Georgii. Johannis & Pauli. Mauricii. Candidi. Exuperii. Valeriani. Maurini Martyrum. Nicolai. Oudalrici. Agilolfi. Ebberici. Hereberti Epiſcoporum. Maioli. Boudolfi Abbatum. Priſce. Margarete Virginum & Martyrum. Gerdrudis. Virginis.

Eodem anno & ipſa die altare quod ſitum eſt ad meridianum in majori eccleſia quia poſt dedicationem eccleſie propter faciendam deſuper fornicem loco motum fuerat denuo conſecratum eſt in honore Sanctorum Apoſtolorum a Venerabili Babenbergenſi Epiſcopo *OTTONE.* Continentur etiam ibi Reliquie Sanctorum Barthoiomei Apoſtoli. Eventii. Criſtophori. Ligorii. Fortunati. Felicis. Ebergiſti. Privati. Sanctorum Maurorum. Potentiani. Stephani. Senne. Sanctorumque quorum nomina ignoramus.

Eodem anno & ipſa die altare quod ſitum eſt ad Septentrionalem in majori eccleſia. quia & ipſum poſt dedicationem eccleſie propter faciendam deſuper fornicem loco motum fuerat denuo conſecratum eſt in honore Sanctarum Virginum. a Venerabili Babenbergenſi Epiſcopo *OTTONE* Recondite ſunt etiam ibi Reliquie Sanctarum Virginum. Vrſule Sodaliumque ejus. Marie Magdalene. Pinnoſe. Gerdrudis. Prudentie. Tecle. Fidis. Flavie. Euprepie. Digne. Albine. Juliane. Alme.

Num. XXXVIII.

Anno Dominice Incarnationis M. CXXVIIII. Indict. VII. VIII. Kal. Decemb. conſecrata eſt Eccleſia. S. Arbogaſti a Venera-

nerabili Ratiſponenſi Epiſcopo *CHOUNONE*. in honore primi Sigilli videlicet Annuntiationis Domini & Victorioſiſſime S. Crucis. & Sancte Dei Genitricis Marie Specialiter in honore Sancti Arbogaſti Epiſcopi & Confeſſoris. Continentur in ea reliquie. S. Bartholomei Apoſtoli. Cyriaci. Sebaſtiani Martyrum. Arbogaſti Epiſcopi Felicitatis. & XI. milium virginum.

Num. XXXIX.

Anno Dominice Incarnationis M. C. XXXII. Indict. X. VI. Kal. Decemb. dedicata eſt Baſilica S. Marie Magdalene a Venerabili Babenbergenſi Epiſcopo *OTTONE*. Recondite ſunt ibi hee reliquie. De ligno Domini. de Veſtibus S. Marie. Johannis Baptiſte. Petri. Andree Apoſtolorum. Sanctorum Martyrum. Stephani Protomartyris. Georgii. Laurentii. Gordiani & Epimachi. Stephani Pape & Martyris. Baſilii Epiſcopi. Pauli Heremite. Gunthildis. Virginis. XI. Virginum. Margarete virginis & Martyris. (*)

(*) Cum hanc Baſilicam ſublatam cerneret Rdmus Abbas *OTTO*, aram novam intra eccleſiam primariam ad nomen & memoriam S. Mariæ Magdalenæ excitavit, cujus conſecretionis monumentum numero ſequenti adjicere viſum eſt.

Num. XL.

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dominus *Albertus Erneſtus* Epiſcopus Laodicenſis, Coadminiſtrator Ratisbonenſis Sacri Romani Imperii Comes de *WARTTENBERG* conſecravit in Eccleſia Monaſterii Prüfling hoc altare in honorem Dei Omnipotentis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum ad nomen & memoriam S. Mariæ Magdale-

dalenæ Sacelli lateralis, conſueto ſolemni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Ritu, hoc die uno anno & in anniuerſario quadraginta dierum de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta conceſſis, incluſis Sanctorum reliquiis S. Mariæ Magdalenæ oſſibus & crinibus. S. Afræ Mart. S. Serenæ vid. M. S. Serotinæ M. Soc. S. Donatæ M. S. Juſtinæ M. Soc. S. Aurei Archiepiſcopi Mogunt. S. Eliſabet. Turingiæ viduæ. SS. Celeſtinæ & Lucidæ M. Romanarum. ita teſtor die 1 Junii 1710. Albertus Erneſtus Epiſcopus Laodicenſis Mppria.

Anno 1710. (L. S.) Menſe Junio Die Imo.

Num. XLI.

V. Non. Maii. dedicata eſt Eccleſia que eſt *Prukedorf* in honore Sancte Marie Matris Domini. Continentur ibi hee Reliquie. De Cruce. Johannis Baptiſte. Xixti. Feliciſſimi. Agapiti. Alexandri. Euentii. Theodoli. Octaviani. Nicolai. Saturnini. Octobris. Helene. Sanctorum IIIIXL Martyrum. & aliorum Sanctorum. (*)

(*) Sanctæ Crucis Sacellum Bruckdorfii ſupra Ratisbonam ad labarum nigrum, miraculo conſecratum illud & annalibus celebre, idem hodieque, nec titulo aliquando mutato, exſtare monumentis & Traditione habetur. de eo *Vnguis leoninus* a *Melchiore Weixero* Typis editus Ingolſtadii a. 1625. itaque dicendum alteram S. Marie Eccleſiam *Bruckdorfii* aut abolitam demum, aut errore *Prukedorf*, *Sinzinga* loco poſitum fuiſſe. Eccleſia enim Titulo Matris Domini Sinzingæ Parochialis eſt, ſita in fundo Monaſterii Priflingenſis qui Limiti Bruckdorienſi adjacet indeque facile compellari promiſcue potuit vel omnino ei limiti accenſeri. accedit quod ſcriptor uti annum, ita quod plerumque facit locum prænotare hic omiſerit. in decur-

decurſu autem nude ponit *Prukedorf* quaſi non niſi reſpectum ad eum locum (Prukedorf verſus , Germ. *Prukedorf Zu* ; ſecus ei ponendum fuiſſet more ſuo *apud* Prukedorf) expreſſurus eo potiſſimum motivo ductus ut hac ratione Eccleſiam iſtam diſcerneret ab alia minore itidem Sinzingæ & in prædio Priflingenſi ſita, B. Aegidii titulo ; quæ quidem non amplius exiſtit.

Num. XLII.

Reliquie que apud *Gmunde* continentur. De S. Cruce. Andree. Thome. Bartholomei. Johannis & Pauli. Laurentii. Sebaſtiani. Mauritii. Clementis. Georii. Coſme. & Damiani. Kyliani Sociorumque ejus. Brietii. Galli. Innocentii. Willibaldi. Wnnebaldi. conſecrata eſt autem Eccleſia que apud Gmunde in fundo Monaſterii noſtri ſita eſt a Venerabili *HEINRICO* Ratiſponenſi Epiſcopo in honore Sancti Georgii Martyris. Anno Domini M. C. XXXV. Indictione XIIII. XVI. Kal. Decembris.

Num. XLIII.

Anno Dominice Incarnationis M. C. XL. Indictione tercia. VI. Kal. Februarii conſecrata eſt Capella que eſt in latere dextro principalis Eccleſie in auditorio hoſpitum ſita. a venerabili *EILBERTO* Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopo nono. in honore Sancti Wolfgangi Epiſcopi & Confeſſoris. continentur hic Reliquie. de ſepulcro Domini. Jacobi Apoſtoli. Dyonyſii Epiſcopi & Martyris. Emmerammi. Lantperti Georgii. Coſme & Damiani. Wolfgangi Confeſſoris. Vrſule virginis.

Num. XLIV.

Eodem anno & ipſa die conſecratum eſt altare Sancti Stephani item a venerabili *EILBERTO* Babenbergenſi Epiſcopo.

con-

continentur autem in eo reliquie ipſius Sancti Stephani Protomartyris. Lantperti Epiſcopi & Martyris. Hermetis Martyris. Chriſtofori Martyris. Maximini Epiſcopi & Confeſſoris. Paterniani Epiſcopi. Routperti Epiſcopi. Waltpurge Virginis. Gunthildis Virginis.

Num. XLV.

Reliquie que apud *Brugge* continentur. Sancte Crucis. S. Marie Dei genitricis. Specialiter in honore Sancti Egidii de*dicata eſt ipſa* ecclesia. Petri & Pauli. Johannis Evangeliſte. *Dyoniſii*. Georgii. Pancratii. Martyrum. Martini. Nicolai Confeſſoris. Marie Magdalene. Waltpurge. Digne. Euprepie. Vrſule. Virginum. conſecrata eſt autem eadem eccleſia a Venerabili Eilberto Epiſcopo.

Num. XLVI.

Anno Dominice Incarnationis M. C. LXXIIII. VI. Kal. Januarii conſecratum eſt Altare ad ſeptentrionalem plagam ſitum in maiori eccleſia juxta altare S. Crucis. in honore Sancti Nycolai Epiſcopi & Confeſſoris. continentur ibi reliquie. De Sancta cruce. De Sepulcro Domini. De capillis S. Petri Apoſtoli. Reliquie S. Andree Apoſtoli. Symonis & Jude Apoſtolorum. Georgii Martyris. De oſſibus trium Innocentum. Dionyſii Epiſcopi & Martyris. Blaſii Epiſcopi & Martyris. Lamperti Epiſcopi & Martyris. Nycolai Epiſcopi & Confeſſoris. Othmari Abbatis. Heinrici Imperatoris. Tecle Virginis & Martyris. De veſtimento S. Agathe Virginis & Martyris.

Num. XLVII.

Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo ſeptuageſimo, tertio. XVII. Kal. Januarii preſidente univerſali eccleſie Domino Papa *GREGORIO* Decimo, regente Imperium Chriſtianiſſimo Rege *RUDOLFO*, Gubernante Prouningenſe Cenobium Domino *Wernhero* Abbate Reverendo hujus nominis ſecundo, conſecratum eſt hoc altare a venerabili Ratiſponenſis Eccleſie Epiſcopo *LEONE*, in honore beatorum Apoſtolorum Andree, Johannis Evangeliſtæ, & beate Anne Matris Sancte Marie; ſpecialiter vero in honore beate Katharine virginis & Martyris Deo digne. continentur in eo Reliquie, de ligno S. Crucis; de ſepulchro Domini; de veſtibus S. Marie Virginis; de veſtibus S. Anne Matris ejus. SS. Apoſtolorum Petri, Pauli, Andree. de veſtibus S. Johannis Evangeliſtæ, Philippi, Bartholomei. de veſtibus S. Thome Apoſtoli, Jacobi, Zebedei, Symonis, Mathie, SS. Martyrum Stephani, Georii, Laurentii, Johannis & Pauli, Kolomanni. SS. Confeſſorum Auguſtini Epiſcopi, Nycolai Epiſcopi, Egidii Abbatis; Virginum & Martirum Agathe, de ſepulchro Sancte Katherine. undecim millium Virginum. Item Reliquie beate Marie Magdalene & SS. Martirum Afre, felicitatis; Sanctarum Virginum Aurelie, Chunigundis. (*)

(*) Hoc numero recenſita, ex alio Codice Prifling enſi deſumta, propter connexionem materiæ præcedentibus ſubjungere placuit. Recenſitae Altarium conſecrationes Levioris Momenti Nonnemini videri poſſent, quam ut huic operi inſerantur. Aliud tamen Pretium, credo, Statuent æqui rerum aeſtimatores, & Germaniae Sacrae Archi ecti, quibus volupe erit Sacras Epiſcoporum functiones legere, ſuis Annis & diebus aſſignatas.

Pars

CODEX TRADITIONUM.

PARS II.

Deſcriptio Prediorum que a quibuslibet in hoc loco profeſſis ſive ad preſens eccleſie ſunt collata. ſive inpoſterum largiente domino conferenda.

Num. I.

Hohenſtain.

S*igefridus* Miniſterialis *OTTONIS Ratiſponenſis Prefecti* abrenuntians ſeculo in Monaſterio ſancti Georii, tradidit illo predium ſuum quale in *Hohenſtein* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentibus manibus.

Hic obiit XV Kal. Januarii.

Num. II.

Bluttingeſtorf.

H*yltebrandus* de *Nitenouue* ſenior item abrenuntians ſeculo in Monaſterio. S. Georii tradidit illo predium ſuum quale in *Bluntingeſtorf* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentibus manibus.

Hic obiit XVIII. Kal. Febr.

Num. III.

Weſternholz.

Gozbertus filius *Adalhelmi* item abrenuntians ſeculo in Monaſterio S. G. per manum fratris ſui *Wicmanni* de *Ezzenberch* tradidit illo predium ſuum quale in *Weſternholz* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentibus manibus.

Num. IV.

Otternbach.

Otto Juvenis de *Otterbach* item abrenuntians ſeculo in Monaſterio S. G. propria manu tradidit illo predium ſuum. quale in *Otterbach* habere viſus eſt. ea condicione ut mater ejus quoad viveret uſum fructuarium inde caperet. Teſtes hujus rei ſunt. *Oudaſcalch*. *Mazelo*. *Menzing*. *Riziman*. *Gnanluib* de Bruuiningin.

Num. V.

Sewen.

POPPO *Canonicus Babenbergenſis Eccleſie* in extremis ſuis renuntians ſeculo in Monaſterio Sancti. G. tradidit illo predium ſuum quale apud *Seuuen* habere viſus eſt.

Hic obiit Kal. Aprilis.

Num. VI.

Num. VI.

Hagenhoule.

Altmannus de *Hagenhule* item abrenuntians ſeculo in Monaſterio S. G. tradidit illo predium ſuum. quale in prefato loco habere viſus eſt, omnino in proprietatem de potentibus manibus.

Hic obiit VI Non. Marcii.

Num. VII.

Totenacher.

Reginhart de *Totenaccher* renuntians ſeculo in cenobio Pruuiningenſi. tradidit tale predium & mancipia. uti habens erat *Tottenaccher* in manus *Friderici* de *Lobeſingen*. in fide delegare fratribus pruuiningenſibus pro anime ſue remedio. Hoc idem predium & mancipia tradidit Fridericus prefato cenobio omnino in proprietatem de potentibus manibus. Hujus rei teſtes ſunt. *Hatto de Memmendorf. Purchart de Lobeſingen. Marcwarth* de *Sinnenbach. Oudalrich* de *Pferingen. Herrant* filius *Sigefridi. de Suuaben.*

Hic obiit IIII Idus Auguſti.

Num. VIII.

Predium in Totenacher.

Cunctis Chriſti fidelibus innoteſcere cupimus. qualiter quidam nobilis *Reginhart* nomine de *Totinacher* dedit predium ſuum quale viſus eſt habere in predicta villa per manus

Friderici de *Lobeſingen* ad altare. Sancti Georgii Bruuiningen. abdicatione & conſenſu omnium fratrum ſuorum. hujus rei teſtes ſunt. *Oudalricꝰ de Staine. Karolꝰ de Mantelk* : *Dietmar de Totinacher. Purchart. Roho* filiꝰ ejꝰ. *Engilher de Solar. Ermirich. Heinrich ſtrix. Ekkehart. Swikar. Engilmar de Wizendorf. Routpertꝰ. Tiemo de Mundelſteten. Gotpolt de Mewendorf. Otto item* inde. *Heinrich de Virmuln. Wolfhero* homo *Oudalrici de Staine.* Teſtes ſunt iſti abdicationis hujus qua *Heinricus* predictꝰ & fratres ejus abdicaverunt omnem proprietatem quam in eodem predio habuerunt.

Num. IX.

Abbateſdorf.

Marcwart de *Abbateſtorf* tradidit predium ſuum *Abbateſtorf* minimo filio ſuo *Marcwardo*, cujus rei teſtes ſunt. *Goteſrit.* & *Pezilo* de *Heidendorf. Heinricus* de *Heinricheſdorf. Hiltepolt* & *Counrat* de *Puttilſpach. Wernhart* de *Vlanſdorf Wernhart de Heſti. Dietmar.* de *Tabrichendorf. Fiobreth de Pochingen. Dietmar de Perindorf. Diemo de Parcſtete. Adalbero de Tabrichendorf. Roudiger de Hebringen.*

Num. X.

Abbateſdorf & Altenchouen.

Marcwardus Marchwardi filius & frater ejus *Witelo* & Mater eorum *Irene.* renuntientes ſeculo in Monaſterio. S. G. tradiderunt predictum predium *Abbateſdorf* & aliud predium de *Altenchouen* cum VI. mancipiis ad eadem pertinentibus cenobio pru-

vinin-

viningent pro ſua ſuorumque omnium ſalute omnino in proprietatem de potentibꝰ manibus. hujus rei teſtes ſunt *Megingoz* de *Borbach* fraterque ejꝰ *Gotpolt*. & filius ejus *Friderich*. *Sigehart de Atingen*. *Piligrim filiꝰ Hiltebrandi*. *Hiltewin de Niwenchirchen*. *Heinrich de Hunpoltingen*. *Albreht de Lanſdorf*.

Num. XI.

I Humpoltingen. II Crebezdorf. III. Raffoldeſtorf.

Heinricus de Hunpoltingen & Conjux ejus *Judita* cum filio ſuo *Arnoldo* renuntiantes ſeculo in Monaſterio Sancti Georii tradiderunt illo tria predia. unum apud *Hunpoltingen*. aliud apud *Crebezdorf*. tercium apud *Raffoltesdorf* cum VI. mancipiis omnino in proprietatem de potentibus manibus. Hujus rei teſtes ſunt. *Gebehart*. *Adelram*. *Witelo*. *Marcwart de Abbateſdorf*. *Adelbreht*. *Eberhart de Lanſdorf*. *Rapoto de Rodingen*. & filius ejꝰ *dietmar*. & *Ecchehart de* eadem villa. *Iſingrim de Wizzenſingen*. *Gebolf de Rotmannen*. *Tagino de Luizindorf*. *Dietmar de Raine* & fratres ejus *Rouppreht* & *Oudalrich*. *Roudiger de Edrammeſdorf* & frater ejus *Gotfridus Pernhardus de Lerchenvelt*.

Hec eſt *Judita* ſoror Incluſa. que obiit XVI. Kal. Jan. Heinricus vero obiit Non C. Januarii.

Num. XII.

Predia apud Matechingen & Rotmannen.

Rudiger de *Matechingen* & alius *Roudigerns* de *Rotmannen* abrenuntiantes mundo apud Pruuiningenſe Cenobium. delega-

legaverunt predia ſua apud *Matechingen* & apud *Rotmannen* in manum *Gebolfi de Rotmannen* conſervare & pacificare eidem Cenobio. Hujus rei teſtes ſunt qui & predictorum prediorum *Heinrici de Hunpoltingen.*

Num. XIII.

Gerolvingen.

Gotfridus de Siggelingin in extremis ſuis abrenuntians ſeculo in Monaſterio. S. G. per manus *Wernheri de Sehoven* & *Perngeri* de *Zidohiringin* tradidit illo predium ſuum quale in *Gerolvingen* habere viſus eſt omnino in proprietatem. Hujus rei teſtes ſunt. *Wernherus de Brunnen.* & fratres *Adalbertus* & *Fridericus. Emnrich* homo *Gotfridi. Radpoto de Augia. Oudalſcalch. Mazilo. Mancing. Riziman.* & *Gnanliub* de Bruuiningen.

Pertinentes ad predium homines quos Jure libertatis donavit. Meginwart. Imma. Perhta. Hazaga. Hizila. Heinricus. Pertolt. Chriſtina. Megenwart.

Hic obiit XVI. Kal. Januarii.

Num. XIV.

Tigingin.

Gerlaus filius *Baltwini de Ratiſpona* item in extremis ſuis renuntians ſeculo in Monaſterio S. G. tradidit illuc predium ſuum quale in *Tigin* habuerat. Quod cum eſſet in manu *Adalhardi de Poſerchoven* petitione *Gerlai* delegavit illud in ma-

manum *Goteſchalchi* de *Tanne*. conſervandum cenobio Bruuiningenſi. & illo delegandum. quo Abbas loci & fratres ibidem Deo ſervientes petierint. Teſtes hujus rei ſunt. *Baltwinus junior frater ejuſdem Gerlai. Arnolt. & Engelbreht. de Judinbrugge. Friderich. nix. Friderich freno.*

Hic obiit VII. Idus Februarii.

Num. XV.

Predium in Gerolvingen.

Albertus de Gerolvingin abrenuntians ſeculo in Monaſterio S. G. delegavit illo predium ſuum quale in ipſo loco habuerat. per manus *Wernheri de Sehoven* & *Berengarii de Zucheringin* omnino in proprietatem. Teſtes ſunt *Oudalrich frater Egilolfi de Steine. Burchardus filius Iſinrichi de Sincingen. Albertus & Pertholt fratres de Hurlibach. Egino* de *Smelacharn. Mazilo. Oudelſcalch. Mancinc de Bruuiningin.*

Hic obiit Nonis Junii.

Num. XVI.

Predium in Machenberge.

Marcwart Parrochianus de Scambach monaſterio Sancti Georii delegavit predium quod ſitum eſt. *Machenberg* omnino in proprietatem de potentibus manibus. Cujus delegationis Teſtes ſunt hii. *Wernher de Tangrintel Gotpolt. Otnant de Louſental. Otnant de Chechertal. Roudiger. Oudalrich. Wicman de Ezzenberg. Wicman junior. Volcmar. Hartwic. Eberuuin de ſolzenberg. Gozpertus de Wihenſteten.*

Num. XVII.

Num. XVII.

Predium in Weggingen.

Iſdem *Marcuuardus* in extremis ſuis abrenuntians ſeculo in Monaſterio. S. Georii. tradidit illò predium ſuum quale in *Veggingen* habuerat omnino in proprietatem. Quod cum eſſet in manu *Gebolfi.* petente *Marcuuardo.* delegavit illud idem *Gebolfus Marcuuardo Patri ſuo* eidem Monaſterio conſervandum. & quo Abbas loci & fratres petierint delegandum. Teſtes hujus rei ſunt. *Oudalrich de Steine. Adelpreht de Prunnen. Frater ejus Wernhere. Karlo de Hebinge. Frater ejus Herebolt. Ebo de eadem* villa. *Wernhere de Sehoven. Adelbere de uuluingeshouen. Wirnt de Ruit. Sefrit de Suaben Friderich de Zollingen. Marcuuart de Hohenhaim. Wicman de Ezzenberch. Friderich filius ejus. Gotebolt de Choſerocheſruit. Burchart de uuachencelle. Rostpreht de Emphenpach. Pertholt de Lengentale.*

Hic obiit VIII. Idus Julii.

Num. XVIII.

Predii Pars in Vmmendorf. (*)

Heimbertus item abrenuntians ſeculo cenobio bruuiningenſi propria manu tradidit ſuper altare S. Georgii partem predii quod in *Vmmendorf* habere viſus eſt. Eadem hora eodemque loco *Adalbertus Heimberti filius* alteram partem eiuſdem predii acceptis a fratribus XII. ſolidis tradidit eidem monaſterio omnino in proprietatem de potentibus manibus. hujus traditionis teſtes ſunt *Oudelſcalch, Mazilo Mancing. Riziman & Gnanliub de Bruuiningin.*

*) Hodie Undorf.

Num. XIX.

Haſelbach. (*)

Heinricus filius Liupaldi Canonicus Eccleſie S. Petri de Ratiſpona pro remedio anime ſue ac pro ſalute omnium ſuorum parentum ac propinquorum tradidit Monaſterio Sancti Georii predium quale in *Haſelbach* habuerat. omnino in proprietatem. Quod cum eſſet delegatum in manu *Luithwini* cognomento *nigri*. petitione ipſius *Heinrici* delegavit illud idem *Luitwinus* in manus cujuſdam comparis ſui *Outonis* videlicet filii *Azilini* eidem Eccleſie conſervandum & quocumque Abbas loci fratreſque petierint delegandum. Teſtes hujus rei ſunt hii. *Fridericus freno frater ipſius Heinrici. Luitwin Liſtmar & filius ejus Luituuin. Pernolt Tuſcan* & filius ejus. *Adalhun de Ahechirchen. Riwin de Manegoltinge. Megingoz de Rorbach. Megingoz de honhaim. Sigehart de Albingen. Oudelrich Hoſele. Oudalrich homo* predicti *Friderici.*

*) In palatinatu Neoburgico circa Schwendorffium.

Num. XX.

Vinea juxta Regen.

Iſdem *Heinricus* poſtmodum renuntians ſeculo in Monaſterio S. Georii. tradidit illo vineam quandam plantatam in monte juxta fluvium qui *Regen* nuncupatur. Hec vinea delegata erat in manu *Luituuini nigri*. qui rogatus ab ipſo *Heinrico* delegavit eam in manus *Mahtonis* filii ſororis ſue eidem eccleſie conſervandam. & quocumque Abbas loci fratreſque petierint delegandam. Teſtes ſunt. *Adalbertus Chaſibizze. & filius ejus Ort-*

 lip

lip. Wirnt de Rubenruith. Friderich Munt. Pernolt Tuſcan. Luithwin Liſtmar. Ortuuin albus. Oudalſcalch & Mazilo de Bruuiningen. *Kadelhoch de Sudininbach. Heinricus Wingebe. Adelhardus* juxta portam. *Adalbero filius Danubii.*

Num. XXI.

Chirnizzingen.

Gotpoldus frater Megengoz de Rorbach item in extremis ſuis renuntians ſeculo in Monaſterio Sancti Georii, tradidit illo predium quale in *Chirnizzingen* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes hujus rei ſunt. *Counrat de Gotepoldesruit* & frater ejus *Bruno. Friderich* de *Friderichesruit.* & frater ejus *Megingoz. Megingoz de Honhaim. Rumolt de Rorbach.* & fratres ejus *Megingoz* & *Gotpolt. Friderich de Magnſpach. Hildolf Camerarius.*

Hic obiit III. Kal. Decembris.

Num. XXII.

Predium in Bluttingeſtorf.

Hiltebrandus junior nepos Hiltebrandi *de Nitenowe* item renuntians ſeculo in Monaſterio. S. Georii tradidit illo partem Predii in *Bluttingisdorf.* cujus predii alteram partem frater ejus Counradus acceptis a fratribus IIII. talentis tradidit eidem Monaſterio omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes ſunt *Sigihart & Pillgrim de Vronaugia. Immo de Magnſbach* & frater ejus *Gotpolt. Liupolt de Blaiche. Hiltiuuich* & frater ejus *Burchart de Niwenchirche. Rahwin de Rode.*

Num. XXIII.

Num. XXIII.

Predium in Holzhaim.

Arnoldus & *Erbo fratres filii Megenhardi de Holzhaim* renuntiantes ſeculo in Monaſterio. S. Georii tradiderunt illo predium quale in prefato loco habere viſi ſunt. omnino in proprietatem de potentibus manibus ea conditione ut pater eorum quoad viveret uſum fructuarium inde caperet. Teſtes hujus rei ſunt. *Megenhardus Pater ipſorum & filius ejus Sigebot. Heinricus de Richerſhaim. Waltherus de Chunigerbach. Engelbertus. Hildolfus de Aſpach. Heinricus* pictor. item de Aſpach. *Chadelhoch* de *Bubelſhaim.*

Num. XXIV.

Tigin.

R*iuuin de Manegoltingin* & uxor ejus *Otegebe* renuntiantes ſeculo in Monaſterio Sancti Georii. cum tribus liberis ſuis *Riuuino* videlicet *Roudigero* & *Erbone* pro remedio anime ſue tradiderunt eidem monaſterio predium ſuum quale in *Tigin* habere viſi ſunt. Quod cum eſſet in manu *Ottonis de Sounichingin* petente *Riuuino* delegavit in manum *Sigehardi de Eberſbiunde.* conſervandum Monaſterio. S. Georii. & delegandum quocumque Abbas loci fratreſque petierint. Teſtes hujus rei ſunt hii. *Wirnt. de Ebermundiſdorf UUigant de UUolveſbach. Roudiger de Manegoldingen.* & filius fratris ejus *Aribo. Adalbertus de Hurlibach. Dietmarus de Sunichingen. Baltwinus filius Baltwini frater Gerlar. Otto in foro frater Hugonis. Burchardus de Sinzingen. Liutwin Liſtmar*; *Adalbertus Chaſpizzer.*

zer. Heinrich Wingebe Pertolt de Moſeheim. Reginboto homo Wignandi de Wolvesbach. Heinricus filius Warmuſes.

Num. XXV.

Hiſdem *Riwinus* & aliud predium tradidit monaſterio ſancti Georii quale videlicet aput *Manegoltingin* habere viſus eſt. quod cum eſſet in manu *OTTONIS Ratiſponenſis Prefecti*. petente *Riuuino* tradidit illud idem *OTTO* eidem Monaſterio omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes hujus rei ſunt hii. *Comes HEINRICUS filius OTTONIS Prefecti. Friderich de Rorbach. Erchenbertus de Stirn. Babo de Zollingen. Adalbertus de Brunnen. & frater ejus Friderich. Budalrich de Staininbrugge. Wernherus de Waninſdorf. Roudigerus de Manegoltingen. Frater Riuuini & filius fratris ejus Arbo. Adalbertus de Hurlibach. Gerungus & Roupertus fratres de Aſcha. Arnolt & Engilbertus de Judinbrugge. Gotfridus filius Wernheri cognomento parui. Heinrich filius Ortwini. Sigboto mancus miniſterialis Prefecti. Friderich Munt. Heinrich de Tannenhoven miniſterialis Prefecti. Pertholt Hundile. Adelhun filius Heinrici de Moſeheim. Heinrich UUingebe. Eggebertus frater Oudalrici de Staininbrugge. Adalbertus Miniſterialis Prefecti. Karlo filius Gozwini.*

Num. XXVI.

Tradidit quoque mancipia viginti duo ea condicione. ut annis ſingulis ad altare Sancti Georii cenſum quinque denariorum perſolvant. Eorum autem iſta ſunt nomina Poppo. Heinrich. Hadeloug. Eberhart. Outgebe. Azilin. Himicil. Adelheit. Heriman. Roudiger. Reginolt. Gotpolt. Chounrat. Eberhart.

Ha-

Hazicha. Wernhart. Counrath. Irmigart. Rimout. Liuza. Ata. Riwin. Touta. & filii ejus Oudalric9 & Touta.

Num. XXVII.

Gmunde.

Idem *Riuuinus* & aliud predium quod eſt apud *Gmunde* tradidit Monaſterio ſancti Georii. Quod cum delegatum eſſet in manu *OTTONIS Prefecti* delegavit illud ſuper Reliquias ſancti Georii ſicut a *Riuuino* rogatus fuerat omnino in proprietatem de *potentibus* manibus. Quod ſtatim *COMES ADELBERTUS* (*) *ejuſdem Monaſterii Advocatus* in ſuam defenſionem ſicut Jus exigebat accepit. Teſtes hujus rei ſunt. *COMES HEINRICUS filio Prefecti. Erchinbertus de Stirn. Babo de Zollingen. Arbo de Brouli. Adalbert9 de Brunnen. Willihalmus de Geppenhaim. Otaker de Reginbrehtiſdorf. Counradus & Roudiger fratres de Uuinchilſaze. Liutuuin niger.*

*) De Bogen.

Num. XXVIII.

Manegoltingen.

Idem *Rihwinus* eidem cenobio tradidit manſum unum apud *Manegoltingen.* qui cum delegatus fuiſſet in manum *Baltwini de Ratiſpona.* rogatus a *Riwino Baltuuin* delegavit eum *Willihalmo de Barbingen* Ecclefie ſancti Georgii conſervandum. Teſtes vero idem ipſi ſunt qui in delegatione Predii illius quod per manum *HEINRICI COMITIS WERNHERUS CANONICUS* tradidit tracti & ſcripti ſunt.

Num. XXIX.

Num. XXIX.

Mendelnſtorf.

Liupolt de *Berhartshuſen* abrenuntians ſeculo in Monaſterio ſancti Georgii tradidit ſuper altare ſancti Georgii predium ſuum quale apud *Mendelnſtorf* habuerat omnino in proprietatem de potentibus manib9. Teſtes ſunt *Manzinus* de Bruuiningen. & filius ejus *Hartwic. Riziman* & *Gnanliub* frater ejus. *Sigehart & Heinric9 fratres Manzingi. Hartlyp.* noſter. *Ilſungus & Volcmarus de Hernbure.*

Num. XXX.

Mancipia.

Fridericus Freno filius Liupaldi de Ratiſpona in extremis ſuis renuntians ſeculo in Monaſterio ſancti Georgii. tradidit manu ſua ſuper Reliquias ejuſdem Martyris duos homines *Oudalricum* videlicet & *Goteſcalchum* cum conſenſu uxoris ſue Merigardis & filiorum ejus eo ſcilicet pacto ut annis ſingulis ad altare ſancti Georgii cenſum V. denariorum perſolvant. Hujus rei teſtes ſunt Roupertus *filius Otegeben. Counrad9 de Owenſhouen. Baltuuinus de Ratiſpona. Fridericus Niz. Engilbert9 de Judinbrugge. Heinrich filius Ortwini Prepoſiti. Oudalrich & Otto frater ejus inter latinos. Wernhart & Waltman fratres filii Chounonis. Burchardus filius Salmanni de Regenhuſen.*

Hic obiit X. Kal. Octobris.

Num. XXXI.

Num. XXXI.

Soundilbach.

Perhtolt de Soundilbach abrenuntians ſeculo in Monaſterio. S. Georgii. tradidit ſuper altare ſancti Georgii predium ſuum quale in eodem loco habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentib9 manibus. eo uidelicet pacto. ut uxor illius nomine *Hiltigunt* quoad viveret uſum fructuarium inde caperet. & ipſa de eodem predio ſingulis annis V. denarios ad altare S. Georgii perſolveret. Teſtes hujus rei ſunt hii. *Ludewuich. Perhtolt. Mahtfrit. Cunrat de Ratiſpona. Erchinbert9 filius Erchinberti de Stirn.*

Num. XXXII.

Predium in Wozzazchinden.

Wernherus de Aſcha abrenuntians ſeculo in Monaſterio ſancti Georgii tradidit illo Predium quale in *Wozäzchindin* habere viſus eſt. Quod cum delegatum eſſet in manu *Roudigeri de manegoltingin*. petente *Wernhero*. tradidit illud idem *Roudigerus* eidem Monaſterio omnino in proprietatem de potentib9 manibus.

Num. XXXIII.

Pernoldus filius Pernoldi de Ratiſpona abrenuntians ſeculo in Monaſterio Sancti. G. tradidit illo terciam partem caſe que vulgo dicitur *Houeſtat.* que cum delegata eſſet in manu *Mahtonis de Minigenhuſen.* delegavit eam idem *Mahto* in manus *Sigefridi* conſervandam & delegandam quocunque Abbas

&

& fratres voluerint. Teſtes hujus rei ſunt. *Oudalricus de Ahe-chirchen. Willihalm de Barbingen.* & frater ejus *Engelbertus. Hartwick de Sivchingin.*

Num. XXXIV.

Baltwinus *junior de Ratiſpona* abrenuntians ſeculo in Monaſteriosancti Georgii tradidit illo predium quale in *Moſſe* & in *Harde* habere viſus eſt. Quod cum delegatum eſſet in manu *Baltwini Senioris.* delegavit illud item ipſe petente ſupradicto *Baltwino.* in manu *Willihalmi de Barbingen.* eidem Monaſterio conſervandum & delegandum quocumque Abbas loci & fratres voluerint. Teſtes hujus rei ſunt. *Dietmar de Sunichingen. Ortlib de Ratiſpona. Adalbreht & Heinricus filii Anagaſti. Purchart de Sinzingin. Heinrich* cognomento *Giltiſpyr.*

Num. XXXV.

Idem *Baltwinus* aliud quoque predium in *Hourlibach* ſitum quod erat in manu *Erbonis de Manegoltingin* delegari petiit ſuper reliquias. S. Georgii omnino in proprietatem de potentibus manibus. cujus rei teſtes ſunt hii. *Willihalm de Barbingen. Baltwin de Ratiſpona. Purchart de Sinzingen. Adalbreth Groſſus. Ortlib filius Adalberti Caſpiz Fridericus & Huch fratres. Purchart* de ſuperiori Monaſterio. *Meribot & Sigbot de Enſe. Poppo de Manegoltingin. Heinrich de Bourgetor. Friderici filius. Adalbertus & frater ejus Heinrich filii Anagaſt. Counrat Baltwini filius.* Gotſcalch *homo Baltwini. Gozpreht* de noſtris.

Num. XXXVI.

Num. XXXVI.

Idem *Baltwinus* tradidit eidem Monaſterio *Caſale* in urbe *Ratiſbona.* Quod cum eſſet in manibus *Engelheri* rogatu *Baltwini* ejuſdem delegavit illud idem *Engelherus* manibus fratris ſui *Gotfridi* eidem cenobio in uſus elemoſinarie domus conſervandum. ſicut ab Abbate loci & fratribus eſt conſtitutum. Teſtes ſunt. *Roudiger de Manegoltingen. Willihalm de Barbingen. Purchart de Sinzingin. Baltwin de Ratiſpona. Adalbert9 Groſſus. Fridericus parvus. Huch frater ejus. Engelbertus & Heinricus filii Anagaſti. Gumpreth inter Tonſores. Perhtolt in colle. Gumpolt in colle. Dietmar & Gotſcalch* uterque Homo *Baltwini. Erbo Sculticius. Gebolf* homo *Willihalmi de Barbingen.*

Num. XXXVII.

Haſelbach. (*)

Adalbertus *de Haſelbach* pratum quod in eodem loco diu injuſte poſſederat, penitentia tandem ductus. Monaſterio S. Georgii reſtituit. Cujus rei Teſtis eſt *Salman ejusdem Adalberti frater.* Idem *Salman* partem ejuſdem prati quam & ipſe injuſte poſſederat. abdicato deinceps jure proprietatis eidem Cenobio reſtituit. Teſtes utriuſque ſcilicet *Adalberti* & *Salmanni* ſunt. *Wirnt de Zidelarn. Gozuuin* de eodem loco. *Pernhart* item inde. *Luipolt de Plizenhoven. Menle de lengenuelt* palatini. *Richper de Haſelbach. Gozpertus & Roupertus de Haſelbach.*

*) In Palatinatu Neoburgico circa Schwandorffium.

Num. XXXVIII.

Nälenſtorf.

Roudolfus *de Oſterhouen* abrenuntians ſeculo in Monaſterio S. Georgii una cum filio ſororis ſue *Helmboldo*. tradidit illo pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. in recordationem pie memorie *OTTONIS* & *EILBERTI Babenbergenſium Epiſcoporum* predium quale in *Noulandeſtorf* ipſe & jam dictus *Helmboldus* XXXta. talentis comparaverunt. quod cum eſſet delegatum in manu *Perhtoldi de Niwenburch*. petente *Roudolfo* tradidit illud idem *Pertoldus* ſuper altare S. Georii. omnino in proprietatem de petentibus manibus. quod ſuſcepit. *COMES* (*) *ADVOCATUS* loci eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes hujus rei ſunt. Ipſe *ADVOCATUS*. *Pertoldus de Niwenburch*. *Roudiger de Chadoltiſdorf*. *Hartwicus de Aikoltingin*. *Heinricus de Tunninhoven*. *Erbo de Sparuuereſbach*. *Routpertus de Otershofen*. *Oudalricus de Haiſſenacher*. *Rahwin junior de Munninhoven*. *Haitfolc de Piwente*. *Wernhart de Niuuenburch*. *Adalbero junior de Hunricheſtorf*. *Fridericus de Altendorf*. filius *Erchenberti*. *Volcmar de Taidingin*. *Eberhart de Droſkenruite*. *Herman de Tollevelt*. *Dieterich filius* Gotpoldi de *Oſterhoven*. *Hartlib Diſpenſator Epiſcopi Babenbergenſis*. *Karolus de Svinvurte*. *Otto de Liutenbach*.

Predium ipſum ſingulis annis perſolvit III. ſemis talent.

(*) Albertus de Bogen.

Num. XXXIX.

Idem *Roudolfus* in uſus fratrum noſtrorum acquiſivit XXV. Carradas ſalis in *Halle* ſingulis annis. & ad ſubvectionem hujus Salis predium in *Goſſenbach* quod ſolvit II. talenta deputavit.

Num. XL.

Num. XL.

Idem *Roudolfus* duo alia predia. unum in *Stegen.* alterum in *Vihte* XXII. talentis comparata. una cum manſo uno in *Rorbach* Monaſterio tradidit. que omnia ſingulis annis ſoluunt II. Talent.

Num. XLI.

Wolfherus de Ilbenchoven abrenuntians ſeculo in Monaſterio ſancti Georgii. predium ſuum quale in eodem loco habere viſus eſt. tradidit in manus *Prefecti HENRICI SENIORIS* eidem Monaſterio conſervandum. Sed poſt ea veniens *Privignus ejuſdem Wolfheri* nomine *Gozolt.* litem commovit volens ſibi uſurpare de eodem predio quod ſui juris eſſe memorabat. Qua propter fratres dederunt eidem *Gozoldo* tria talenta. ut abdicationem ejuſdem predii faceret. ſicque omnem contradictionem diſſolverunt. teſtes ſunt. *HEINRICUS Vrbis Prefectus Senior. Erbo de Manigoltingen. Wicnant de Haſelbach. Otto de Uzanſdorf. Wernherus de Stoufe. Heinricus de Touiſingen. Grimolt. Gumpolt. Oulricus Zollo. Wolf. Heinricus. de Seuchendorf. Erchenger de Buchenla. Erbo de Sparwarſpach. Sigbot de Stouphe. Truhtlib. frater ejꝰ. WEZELDAPIFER COMITIS. Otto de Zidlaren. Fridericus de monte S. Michaelis. Merbot de Acher: Purchart de Holzhaim. Gebhart de Solaren. Wicman Marſcalch. Hartwicus cellerarius. Megenwart Camerarius. Vulfwin.*

Num. XLII.

Eggbertus frater noſter tradidit ſuper altare Sancti Georii duo mancipia. Hainricum. Gerlint. ad cenſum quinque. denariorum annuatim perſolvendum.

 Te-

Teſtes ſunt iſti more Bavvarico per aurem tracti. *Hainrich de Imminingen.* & filius ejus *Engelſcak. Wernhart de Tetenchoven.* Gotſcalk piſtor.

Num. XLIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris quod quidam *Pernolt de Ratiſpona* fundum elemoſinarie domus noſtre Ratiſpone ſitum in beneficium a nobis accepit. ut ipſe & uxor ejus & unus de liberis ſuis in vita ſua jure ſibi conceſſo illud poſſideant. & cenſum XII. denariorum annuatim inde perſolvant. Poſt mortem vero trium illorum quicquid in eodem fundo inventum fuerit de lapidibus conſtructum noſtrum erit. & lignorum ſtructura illis remaneat.

CODEX TRADITIONUM.

PARS III.

Num. I.

Hic vero ea deſcripta ſunt bona que fideles Chriſti ob ſpem retributionis divine ac perennem ſui memoriam gratis eccleſie contulerunt. quibus nichilominus ſi qua in poſterum ſimili modo offerri contigerit aſſcribenda ſunt.

Num. II.

Piliza uxor *Erchenberti de Stirn* per manum *Ottonis de Ennendorf* tradidit Monaſterio. S. Georii Predium in *Bruggedorf.* Cujus rei teſtes ſunt liberi homines *Engelbreht de Creiburch.*

burch. Friderich. Advocatus. Erchenbreht. de Stirrnin. Alben & Adalbreht de prunnen. Gumpreht & ejus filius Gumpreht. de Periſdorf. Hatto de Memendorf. Arbo Sculticius.

Hec obiit IIII. Idus Julii.

Num. III.

Bogerateſdorf. (*)

Erchenbertus de Altendorf tradidit prefato Monaſterio per manum cognati ſui *Ottonis de Ennendorf* manſum unum in *Bogerateſdorf* abſque omni contradictione in die qua Corpus uxoris ejuſdem ſcilicet *Bilize* defuncte terre inibi commendatum eſt. Cujus traditionis teſtes ſunt. *Dieteric9 de Waltendorf* & frater ejus *Rappoto. Wernher de Zollingen.* & frater ejus *Babo. Albo de prunnen.*

*) Hodie Wackerſdorff, vulgo Wäcklſtorff in Palatinatu Neoburgico.

Num. IV.

Item *Erchenbertus de Stirn* tradidit predium quod ſitum eſt *Clagedorf* fide in manus *Pabonis de Zollingen.* delegandum cenobio Pruuiningenſi pro ſua ſuorumque ſalute. Hoc fecit idem *Babo* tradens quo rogatus erat omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Cujus rei teſtes ſunt hii. *Wernher frater Pabonis de Zollingiu. Alben de brunnen* & frater ejus *Wernherus* & *Friderieus. Gumpreht de Peirſtorf. Oudalrich de Mozzingen. Roudiger* & frater ejus *Counrath de Winkelſazze. Wernhart de Buchuſen dietmar* & frater ejus *Roupertus de Atingen.*

Num. V.

Num. X.

Magenchoven.

Pabo *de Zollingen* & uxor ejus tradiderunt monaſterio S. Georii predium in *Maginchoven.* omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes ſunt. *Albertus de Vtingin. Ortuuin de Richereſdorf. Albertus de Churne. Sigeboto de Winchilingin. Otto de Teningin. Luitfridus.*

Num. XI.

Richolueſtete.

W*ernherus de Memminnchoven* tradidit Monaſterio S. Georii predium quale in *Richolueſtete* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Quod ſuſcepit *comes ADALBERTUS* ejuſdem Monaſterii advocatus ſicut jus dictavit eidem Eccleſie conſervandum. Teſtes ſunt *PERTHOLDUS Comitis fili9.* (*) *Otto de Moſen. Hademar de Ahuſen. Kadolt de Wincer.*

(*) Sunt iſti *Albertus* I. & *Bertholdus* II. comites de *Bogen.*

Num. XII.

Machendorf.

W*ernherus de Zollingen* in extremis ſuis delegavit Predium in *Machendorf* fide in manus *avunculi ſui Wernheri de Meminchoven* delegandum Cenobio Bruuinigenſi ubi ſicut petivit ſepultus eſt. Quod fecit idem *Wernherus* tradens predium

quo

quo rogatus fuerat omnino in proprietatem de potentib9 manibus. teſtes ſunt. *Sigmar de Mozzingin. Oudalrich de Wolueſtein. Erchenbertus de Stirnne. Pabo de Zollingin. Pilgrim de Wolmoutha. Roudigerus & Counradus fratres de Winchilſazè Eberhart de Svnzingen. Friderich de Wolfhereſhoven.*

Hic obiit III. Kal. Mai.

Num. XIII.

Breitenhule.

E*ngilmarus de Chnutingin* tradidit monaſterio S. G. Predium in *Breitenhule* pro remedio anime fratris ſui *Suuigeri.* pro ſua quoque ac ſuorum omnium ſalute omnino in proprietatem de potentibus manibus. cujus rei teſtes ſunt *Rappoto de Augia Adelbero de Tumbrunnen. Iſinrich de Sinzingin & Burchart filius ejus. Eberhart de Wigereſteine. Ezzo de Willihalmeſdorf. Starcher de Muzindorf. Roudolf de Oſterhoven & frater ej9 Gotepolt. Megingoz de Rorbach. & filius ejus Friderich. Sigehart de Atingen. Hildolf Camerarius. Swiger frater Engilmari.*

Hic obiit.

Num. XIV.

Grube.

M*arcwardus filius Gozwini Canonicus Eccleſie Friſingenſis* per manum *Taginonis de Rotege* tradidit Monaſterio Sancti Georii. pro remedio anime patris ſui. pro ſua quoque ac ſuorum omnium ſalute predium in *Grube.* Teſtes ſunt. *Heinrich Parrochianus: Sigehart & Piligrim de Vronowe. Hildwin. Purchart.*

art. Gumpreht de Niwenchirche. Friderich de Hiltinbach. Megingoz de Izenruit. Chriſtian9 filius ſororis Engilberti. Riwin de Rode.

Num. XV.

Noualia apud Grube.

Pero *frater predicti Gozwini Patris Marcwardi* in extremis ſuis tradidit monaſterio ſancti Georii per manum ejuſdem *Taginonis de Rotege.* Novem jugera apud *Grube.*

Hic obiit.

Num. XVI.

Friderich *filius Megingozi de Rorbach* tradidit Monaſterio. S. Georii in die qua corpus Patris ejus terre inibi commendatum eſt caſam unam que uulgo *Houeſtat* nuncupatur ſitam in *Chirnizzingen* omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes ſunt. *Friderich de Hiltinbach. Counrath de Gotepoldeſruit* & *Bruno frater ejus. Gotepolt. Rumolt Megingoz de Honthaim.*

Num. XVII.

In Heimenberch.

Erchenbolt *&* Gumpolt *fratres* tradiderunt Monaſterio Sancti Georii predium quale in *Haimenberch* habere viſi ſunt omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Teſtes ſunt. *Oudelſcalch. Maxilo. Mancinus. Gnanliub. Riziman de Bruuiningin.*

Num. XVIII.

Num. XVIII.

Ahepach.

Heiliga *Soror Oudalrici de Houeſteten* tradidit Monaſterio. S. Georii Prediolum quale ultra *Ahepach* habuerat omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes ſunt. qui ſupra.

Num. XIX.

Oterſdorf.

Iſinrich de Sinzingin in extremis ſuis tradidit Monaſterio. S. Georii pro remedio anime ſue Predium in *Oterſdorf.* Quod cum eſſet delegatum in manum *OTTONIS Ratiſponenſis Prefecti.* petente *Iſinricho* delegavit illud idem *OTTO* eidem Monaſterio. Teſtes ſunt. *Purchardus de Sinzingin filius Iſinrich. Riwin de Manegoltingin. Wenherus de Brunnen.* & *Fridericus frater ejus. Pabo de Frichendorf. Eggebertus de Steinnenbrugge. Sigeboto mancus miniſterialis Prefecti OTTONIS. Heinrich de Tunnenhoven. Tuto parvus. Gotepolt de Moſeheim.*

Hic obiit II. Kal. Februarii.

Num. XX.

Chougiliſdorf.

Chawlſtorf.

O*udalrich* cognomento *Granz* in extremis ſuis tradidit Monaſterio Sancti Georii pro remedio anime ſue predium quale in *Chougiliſdorf* habere viſus eſt omnino in proprietatem

 de

de potentib9 manibus. Teſtes ſunt tres fratres-ejus. *Hartwich. Wicman. Witicho. Oudalſcalch. Mazilo. Manzing. Riziman de Bruuiningin. Ilſungus.*

Hic obiit III. Idus Auguſti.

Num. XXI.

Lindaha.

M*egingoz de Rorbach frater Goteboldi* pro remedio anime ſue tradidit Monaſterio Sancti Georii predium quale in *Lindaha* habere viſ9 eſt omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes qui ſupra *de Bruueningin.*

Hic obiit.

Num. XXII.

Hagenhule.

F*ritil de Hagenhule* pro remedio anime ſue ac ſuorum omnium parentum ac propinquorum tradidit Monaſterio S. Georii partem Predii quod in eodem loco habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentibus manib9. Teſtes ſunt hii *Mazilo & fili9 ejus Pernolt. Mancinus* & filius ejus *Hartwic de Bruuiningin. Mazilo cementari9.* & *Gumpert9 & Waſigrim de Lobeſingen.*

Num. XXIII.

Gmunde.

W*ernherus Canonicus Ratiſponenſis Eccleſie* tradidit Monaſterio Sancti Georgii predium quale apud *Gmunde* habere viſus

viſus eſt ea condicione ut poſt obitum ejus cum omnibus que haberet Monaſterio pertineret. quod petente *Wernhero* delegavit *PREFECTUS* ſuper altare ſancti Georgii omnino in proprietatem de potentibus manibus. Hujus rei teſtes ſunt. *OTTO Prefectꝰ Senior* & *OTTO Prefectꝰ Junior. Wernherꝰ de Labere. Pernhart filiꝰ Sigwari de Mozzinge. Oudalricus de Izzenbrunnen. Engilſchalch de Romintingen. Willihalmus filius Willihalmi de Geppenheim. Willihalm de Barbingen. Baltwin frater ipſius Wernheri. Routpertus filꝰ Otegeben. Oudalricꝰ frater Ottonis in foro. Fridericꝰ parvus. Gerolt de Kadoldeſdorf. Hartnith de Sparuuarſpach. Sigboto de Stoiphe. Goteſcalch item de Stophe. Albero Claſſcinche. Counradus de Waidehuſen. Ortlip filiꝰ Adalberti de Ratiſpona. Wigman de Cugiliſdorf.* & *Hartwicꝰ frater ejus. Haidfolc de Argoltingen.* & *Hartuuicus.*

Num. XXIV.

Phatern.

Idem *Wernherus* Canonicus & aliud predium tradidit Monaſterio ſancti Georgii. quale videlicet apud *Phatern* habere viſus eſt. Quod cum eſſet in manu *Nizonis de Houedorf* petente *Wernhero* delegavit illud *Willihalmo de Barbingen.* eidem Cenobio conſervandum. Teſtes ſunt *Counradus de Ruith. Wernherus de Miſtalbach. Roupertus de Bunninchoven. Ratpoth* & *Heinrich Rinman de Houedorf. Azilo de Gmunde. Richardꝰ. Heinrich famulꝰ noſter.*

Num. XXV.

Gmunde.

Item *Wernherus* Canonicus agrum & pratum in *Gmunde* quod erat in manu *Friderici Frenonis* delegari petiit Monaſterio

Sancti

Sancti Georgii. hujus petitionis teſtes ſunt. *Fridericus parvus. Luipolt filius* — — — *Heinrich filiꝰ Richolfi.*

Num. XXVI.

Mancipia.

A*dalbertus de Lengental* tradidit ſuper altare ſancti Georgii Mancipia quorum hec ſunt nomina. Ita. Hilta. Pertolt. Engelmar. Ekkehart. Walther. Perlint. Pertha. Hiltiburg. ad cenſum V. denariorum omnibus annis.

Num. XXVII.

Bettenhoven.

P*urchardus de Bettenhoven* tradidit Monaſterio. S. Georgii predium in *Bettenhouen.* eo videlicet pacto. ut ipſe quoad viveret. uſum fructuarium inde caperet. Quod cum delegatum eſſet in manu *Wernheri de Sehouen.* rogante *Purchardo.* delegavit illud ſuper altare. S. Georgii omnino in proprietatem de potentibꝰ manibus. Teſtes hujꝰ rei ſunt. *Rudiger de Manegoltingen.* & *filiꝰ fratris ejus Arbo. Willihalm de Barbingin. Hartuuicus de Tinnilberch. Heinricus de Tunninhouen. Engilſcalch de ſtophe. Perngerus de Preitenbach. Heinrich de Mulibach. Heinrich de Atterícheſdorf.* Tradidit quoque *idem Sacerdos* eidem Monaſterio VI. mancipia. matrem ſcilicet cum. V. liberis. quorum nomina hec ſunt. Willibirch. & filii ejus Pertholt & Adalbertꝰ. & filie tres. Friderun. Adeloch. Adelheit.

Num. XXVIII.

Idem.

Reginbertus de Bettenhouen predium ſuum quale in eodem loco habere viſus eſt. pro remedio anime ſue tradidit Monaſterio ſancti Georgii omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes hujus rei ſunt. *Gotpolt de Choſerocheſruith. & Dietricus fili9 ejus. Otnant & Liupolt Fratres de Loſental. Wernherus de Hage & filius Walchonno.* & homo ejus *Walchouno. Haitfolc & Wolfram fratres de Ruith. Hartlyp noſter. Gozpertus de Salmanneſberge. Marcwart de Scambach. Gotpolt de Ichenhouen. Poppo & Mazilo fratres de Bruuiningen.*

Num. XXIX.

Pratum.

Gotpolt de Oterſhouen pratum quoddam quo a Babenbergenſi Epiſcopo inbeneficiatus fuerat pro remedio anime ſue abdicauit. eo uidelicet pacto. ut daret illud Babenbergenſis Epiſcop9 Monaſterio. S. Georgii. Hujus abdicationis Teſtes ſunt hii. *Gotpolt de Choſerocheſruit. & fili9 ej9 Dietericus. Wernher de Hage. & fili9 ejus Walchouno. Otto de Hembure. Chounradus Parrochian9 de Hembure. Adalbero Parrochian9 de Jachenhuſen. Gotfridus & Otto fratres Gotpoldi* qui pratum dimiſit. *Reginolt de Boulid.*

Num. XXX.

Mancipia.

Purchardus Sacerdos de Bettenhouen tradidit Monaſterio. S. G. duo mancipia quorum hec ſunt nomina. Herman. Willihalm. ad V. denarios.

Num. XXXI.

Bürringen.

Hartwicus de Houedorf miniſterialis Advocati Ratiſponenſis comparavit predium a Roudigero de *Burringin* X Talentis quod & ipſum in Burringin ſitum eſt & pro remedio anime ſue tradidit illud fratribus Sancti G. poſſidendum. Quod delegavit predictus *Roudigerus* per manum ſuam & per manum domini ſui *ERNESTONIS DE HOHENBURCH Willihelmo de Barbingin*. rogatu predicti *Hartwici* eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes ſunt hii. Idem. *Hartuuicus de Houedorf. Engilbert9 frater Willihelmi de Barbingin. Counradus de Lendinehouen.* & frater ejus *Adalbert9. Pernolt de Egilolfeſheim. Roupert9 de Ratiſpona.* & *Baltuuin filius Baltuuini. Heinricus Scakhuib. Engilbertus de Judinbrugge. Otto in foro & frater ejus Oudalricus. Fridericus parvus. Heinric9 fili9 Ortuuini.*

Num. XXXII.

Counradus Camerarius Babenbergenſis Epiſcopi tradidit Monaſterio. S. Georgii VI. Talenta argenti. aliis duob9 talentis in uſus pauperum deputatis. eo videlicet pacto. ut ex his predium emeretur. de quo in die Anniverſarii Domini ſui *OTTONIS* Epiſcopi. fratrib9 ſervitium & pauperib9 elemoſine ſubſidium prebeatur. ita dumtaxat. ut cum ipſe obierit. in ſuum anniverſarium predicta Monachorum ac pauperum refectio tranſferatur. quatinus & memoria ejus ſit in benedictione. & anima illius.

Num. XXXIII.

G r o u b e.

Erchinbertus de Stirn pro redemptione anime ſue tradidit monaſterio. S. G. predium apud *Groube.*

Num. XXXIV.

A f f a r t e r l o c h.

W*ernherus de Meminchouen.* item pro remedio anime ſue. tradidit eidem Monaſterio Predium *Aſſarterloch* dictum.

Num. XXXV.

H u n r i c h e ſt o r f.

P*abo* quoque *de Zollingen* predium ſuum in *Hunrichiſdorf* ſitum. obtentu *ſororis ſue Richinze junioris Abbatiſſe inferioris Monaſterii.* cui predium illud quoaduſque ipſa viveret ex conceſſione paterna debuerat famulari. tradidit Monaſterio S. Georgii per manum predicti *Wernheri.* Teſtes ſunt hii. *Erchinbert9 de Stirn. Pabo de Zollingen. Pabo de Talchirchen. Counradus de Diethoheſchirchen. Counradus de Winchilſaze. Gotfridus de Ratiſpona. Herolt de Talmazingen Wernhart de Herizchoven. Gotfridus de Scambach. Volcholt de Meminchoven. Fridericus de Niuwenmarchte. Counradus de Tanne. Eſchwin de Colmbach. Perngerus de Tontingen. & filius ejus Marchwardus.*

Num. XXXVI.

De Capella Sanƈti Wolfgangi.

Tres viri iſti. uidelicet *Erchinbertus de Stirn. Wernkerus de Meminchoven. Pabo de Zollingen.* Capellam in auditorio hoſpitum ſitam in honore ſanƈti Wolfgangi Epiſcopi & Confeſſoris conſtrui & conſecrari fecerunt. & ad eandem Capellam predia hec dederunt. eo ſcilicet paƈto ut omni die ibidem miſſa cantetur & omni noƈte lumen indeficiens habeatur pro animabꝰ ſcilicet parentum vel amicorum ſuorum qui in eadem edicula ſepulti ſunt. ubi ſe etiam ſepeliri devotiſſime decreverunt. *Vxor quoque Wernheri de Meminchoven Hiltiburg* nomine obtulit ad altare ſanƈti Wolfgangi Cappam & Albam valde bonam aurifrigio decenter ornatam.

Nomina eorum qui ibidem in Chriſto requieſcunt & dies obitꝰ ipſorum iſti ſunt.

VII. Kal. Oƈt. *OTTO de Rietenburg.*

VIII. Idus Feb. *Rapot filiꝰ ejus.*

III. Kal. Mai *Wernherus de Zollingen frater Pabonis.*

VIII. Idus Julii *Pabo Pater Wernheri de Meminchoven.*

Kal. Novemb. *Irmingart quondam uxor ejus.*

VIIII. Kal. Mai *Wernherus* puer filius. *Gumpolt frater ejus.*

Sunt & alii propinqui vel parentes eorum quorum hic nomina ſcripta ſunt.

XVI. Kal. Novemb. *Heinricus Pater Erchinberti.*

Novemb. *Richinza mater ejus.*

VIII.

VIII. Idus Julii *Otto* Laicus.

VIII. Kal. Mai *Hazecha* Laica.

VII. Kal. Jan. *Sophia Mater Pabonis*.

VII. Idus Septemb. *Liupirg*. Laica.

Num. XXXVII.

Mancipia.

Loudewicus de Loutburch tradidit manu ſua ſuper Reliquias Sancti Georgii tria mancipia quorum iſta ſunt nomina. Danchmut. *Meregart* & filiꝰ ejus Counrat cum cenſu *Ringerini fratris* earundem ſororum eo videlicet pacto ut annis ſingulis ad altare Sancti Georgii cenſum X. denariorum perſolvant. Hujus rei teſtes ſunt. *Loudewicus ipſe & filius ejus Herlyp. Ringerin* predictus. *Gerunc de Muſeheim. Lampero. Gebehart. Oudalrich. Sigehart de Ezzinberg.*

Num. XXXVIII.

Manſus Rorbach.

Roudolfus de Oſterhouen manſum quendam apud *Rorbach* ſitum quo a Babenbergenſi Epiſcopo inbeneficiatus fuerat pro remedio anime ſue abdicavit. eo uidelicet pacto ut traderet illum *EILBERTUS Babenbergenſis Epiſcopus* in memoriam *conjugis ſue defuncte Richarde* Monaſterio ſancti Georgii. Quem tradidit idem Epiſcoous prefato Monaſterio perpetuo poſſidendum. ſed fratres poſtmodum eundem manſum cuidam *Hiltibrando* nomine dederunt. recipientes ab eo in jus legitime commutationis alium manſum apud *Brugge* ſitum.

Num. XXXIX.

Hagenhoule.

S*rigrer & Heinrich duo fratres* predium ſuum quale in *Hagenhoule* habere viſi ſunt pro remedio anime ſue tradiderunt Monaſterio ſancti Georgii omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Teſtes hujus rei ſunt *Diemo de Hage. Eberhart de Babenberg. Azilo de Gmunde. Adalbreth. Friderich. Houch. Marchwart* noſtri.

Num. XL.

Agri.

M*azilo de Bruuiningen* & uxor ejus *Mahthilt* tradiderunt Monaſterio Sancti Georgii agros duos in ipſo veſtibulo celle ſitos omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes hujus rei ſunt.

Num. XLI.

Agri.

M*aenzinc* de Bruuiningin. & uxor ejus *Adalheit* tradiderunt Monaſterio ſancti Georgii Agrum in ipſo ueſtibulo celle ſitum omnino in proprietatem de potentibus manibus. Teſtes ſunt qui & ſupra, *ſed prætermiſſi.*

Num. XLII.

Makenberg.

P*urchart de Sinzingin* tradidit Monaſterio S. Georgii predium ſuum quale in *Makenberg* habere viſus eſt. Quod cum

cum delegatum eſſet in manu *Egilolfi de Staine* rogante *Purchardo* delegavit illud ſuper altare S. Georgii omnino in proprietatem de potentibus manibus. quod ſuſcepit ex more *HEINRICUS Prefectus. advocatus ejusdem* loci eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes ſunt *HEINRICUS Prefectus. Egilolf & filius ejus. Hartwic de Icoltingin. & frater ejus Sigefrit. Roudiger de Bouche. Wernhere de Welanteſgrube. Otnant de Scambach. Walchouno de Lachinruite. Haitfolch Gumpoldi filius. Heinrich Friſingenſis. Roudiger Gebehardi abnepos. Heinrich de Tunnenhoven. & filius ejus. Purchart de Sinzingin. Heinricus de Sinzingin. Chuno de Linta. Megengoz de Buche. Helmwich miniſterialis Prefecti.*

Num. XLIII.

Fihten.

R*ichiza de Suuiniſtorf Miniſterialis HEINRICI DUCIS.* predium ſuum quale apud *Fihten* habere viſa eſt. per manum ejuſdem Ducis delegavit in manus *Erchinberti de Altendorf* Monaſterio. S. Georgii conſervandum & delegandum quocunque Abbas loci fratreſque petierint. Teſtes ſunt. *Comes LUITOLDUS DE PLAIN. GEBEHART Comes de PURCHUSEN. HEINRICUS Comes de SCOUENBURCH & frater ejus WOLFRAMMUS. Roudiger Merigardis filius. ERNST de HOHENBURC. Engilher de Tunzilingin. Heinricus Gumpoldi filius. Houch mancus. Erchinbertus Rihze maritus* cujus eſt predium. *Wernhart pincerna Ducis. Adalbero Miniſterialis Ducis. Chounrat de Wolfheringen.*

N. XLIV.

Num. XLIV.

Item de Makenberge.

Adalbertus de Hourlibach omne jus proprietatis quam ſe habere contendebat in predio *Makenberg* quod datum eſt nobis a *Purchardo de Sinzingin.* penitus abdicavit. Cujus abdicationis teſtes ſunt *Heitfolch Gumpoldi filius. Counrat de Merta. Karolus de Judinbrugge. Babo de Muſſe. Purchart Roudigeri homo. Gerunc de Walterbach. Adalbreht der Werner. Counrat Heitfolchi homo. Sigehart Elliſen* familiaris & *Heinricus.*

Num. XLV.

Sciltarn.

FRIDERICUS (*) *Advocatus Ratiſponenſis* pro remedio anime ſue tradidit Monaſterio S. Georgii predium quale in *Sciltarn* habere viſus eſt. & jure jurando affirmavit ſe nec conjugi ſue nec liberis ſuis quicquam juris in eo reliquiſſe. dicens quod a *Patruo ſuo. OUDALRICO Eiſtetenſe Epiſcopo* illud acceperit. Conjux vero ejuſdem cum filio (**) abdicavit omne in hoc predio jus proprietatis in manus *PERTOLDI* (***) *Comitis.* Teſtes hujus rei ſunt. *Chadelhoch de Winzere. Adalbero de Hunrichesdorf. Gotſcalch de Hainenchoven.*

(*) Hoc nomine tertius, conjugem habens *JUDITHAM de Vohburg* vid. Mon. Boic. Vol. XII. Tab. Genealog. ad pag. 22.

(**) Firmatur inde noſtra aſſertio Loc. cit. pag. 48. inprolem haud obiiſſe *FRIDERICUM* III, recteque ex ejuſdem filio ſeriem comitum *ARCUANORUM* derivari.

(***) Proximi agnati, Comitis de *BOGEN.*

N. XLVI.

Num. XLVI.

Edelhuſen.

C*ounradus de Louitpurch* predium ſuum quale in *Edelhuſen* habere viſus eſt delegavit in manus *HEINRICI Prefecti Ratiſponenſis* Monaſterio S. Georgii conſervandum. & poſt obitum ſuum ſive heredem habiturus ſit ſive non eidem cenobio tradendum. teſtes hujus rei ſunt. *Egilof de Staine. Ekkehart de Chadolteſdorf. & Roudiger frater ejus. Roudiger de Huzendorf.* Eticho de *Mereſuvanch. Riwin de Perharteſdorf. Ainwic de Touſingen. Sigfrit de Aicoltingen.* & *Hartwic frater ejus. Fridericus de Ezinberg. Erbo de Sparwarteſdorf. Dietericus de Rocheſhouen. Pernolt de Luitperch.*

Num. XLVII.

Mancipia.

W*olfhero de Immichoven* tradidit ſuper altare ſancti Georgii tria mancipia quorum nomina hec ſunt. Oudalscalch. Luikart. Gotfrit. ut ſingulis annis V. denarios perſolvant.

Num. XLVIII.

Mancipia.

O*udalricus de Memmingin* tradidit Monaſterio S. Georgii mancipia quedam ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. quorum nomina hec ſunt. Iſingart. Goltpurch. Prunwart. Heribort. Wolfhart. Libſint. Mathilt.

Eberhart. Chunrat. Wernhart. Chunigunt. Adlhait. Dimut. Albertus. Mahthilt. Mahthilt. Adlhait.

Num. XLIX.

Num. XLIX.

Linzingin.

Gozwin de Oſterhoven tradidit predium ſuum quale in *Linzingin* habere viſus eſt per manus *filiorum ſuorum Roudolfi & Gozwini* fide in manus *Gotpoldi Dietrici* & *Gotpoldi filiorum* ejus. *de Oſterhoven* omnino in proprietatem de potentib9 manibus monaſterio S. Georgii conſervandum. Teſtes ſunt *Heinricus de Helpſhove. Eppo de Herigoltingen. Eberhart & Hartlyp de Winzere. Dournch de Tambach. Rapot de Podingin. Babo de Wentelndorf. Iſingrim de Gurchingen. Gotfrit de Rechendorf. Gozwin ipſe qui* predium dedit & *filii ejus Roudolf & Gozwin.* Qui ſi voluerint idem predium in ſuum jus refundere. dabunt Monaſterio S. G. XXIIII. Talenta monete Ratiſponenſis.

Num. L.

Wilingin.

Erbo de Manegoltingin tradidit ſuper altare ſancti Georgii predium quale in *Wilingin* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes hujus rei ſunt *OTTO comes de Steueningen. Roudiger de Manegoltingin. Oudalricus de Staine* & *filius ejus Purchart. Eberwin de Lobeſingen. Reginolt de Otelingen.* & *Oudalric9 fili9 ſororis ejus. Roudiger9 de Chadolteſdorf.* & *Ekkebert9 frater ej9. Eticho & Pertolt de Flindeſbach. Megengoz de Rorbach. Friderich de Friderecheſruite. Frideric9 de Rorbach. Heinric9 de Izenruite Counrat de Vronowe. Tegenhart & frater ej9 Tagino de Blaichen. Otnant item inde.*

inde. Hartlip. Babenbergenſis Epiſcopi diſpenſator. & Otto frater ejus. Counrat & frater ejus Starchant & filius Starchandi Starchant. Karol9 de Ratiſpona. Marchwart. Poppo. Mazilo. fratres de Bruiningen. Counrat de Wiſcenvelt. Erbo ipſe qui predium dedit.

Num. LI.

P*ernhardus Thelonearius melior Civis Ratiſpone* ob remedium anime ſue ſuorumque Parentum tradidit Beato Georio domum aput ſtabulum ſitam ad comparanda luminaria ſanctorum.*)

*) *Hanc* domum uti & ipſum Stabulum (hodie Trinkſtube, balance) & fundum dictum an der Brandſtätte cui A. 1722. novum eſt impoſitum ædificium, pars Curiæ, a Priflingenſi Monaſterio pro ſtatis præſtationibus præter alia poſſidet modo Civitas imperialis Ratiſpona.

Num. LII.

De Domo apud Stabulum An. 1183.

Teſtes quod *Pernhardus Thelonearius Frater Heimonis Civis Ratisponenſis* Tradidit Monaſterio Sancti Georii in Pruvening domum aput Stabulum Ratiſpone ſitam omnino in proprietatem pro remedio anime ſue omniumque debitorum ſuorum. *Heimo frater dicti Pernhardi Heinricus & Rudigerus filii Heimonis. Roubertus Chargel. Swikerus de Judenpruke. Otto Thelonearius. Grimoldus apud Capellam. Albertus & Lautwinus in Haida. Rudgerus mitis. Heinricus Chiſer. Gebolfus. Volkoldus* ſervus ipſius *Pernhardi.* Acta ſunt in Pruvening. Anno. Domini. M.C.LXXXIII. in die S. Georii.

Num. LIII.

De Domo Heroldi.

H*eroldus filius Chungundis Untermguelbe.* Matre ipſa. & *Chunrado fratre* ſuo conſentientibus. domum ſuam. *in der Hechirchenſtraze.* quam inhabitant opifices. *Satilher. Schuſther.* per manum *Gozwini de Rouzinſpurgetor.* tradidit. S. Georio. & fratrib9 Pruuiningin. omnino in proprietatem. ſi de expeditione Jeroſolimitana non redierit. ſi vero reverſ9 fuerit & ſine liberis deceſſerit. teſtamento confirmavit domum predictam. pruuiningenſib9 datam. pro remedio anime ſue. ſuorumque parentum. Teſtes ſunt *Gozwin9 de Rouzanpurgitor. Albert9 & Liutwin9. Haidaer. Otto de Cheuiringin. Oulric9 de Rainchovin. Frideric9 de Stouzilberch. Wernhard9 iuncurovve. Ernſt Haidaer. Ernſt de Wimtingin. Cumpold9 Haider. Roudpertus Nabger. Frideric9 Murrich. Altman. Havener. Wernher9 Haider. Chunrad9 Zulai. Hartnidus de Erlingin. Wezil. Liupolt. piſcatores. Oulricus Linwatmanger. Pertold9 & frater ej9 Meginwart.* Servi noſtri. *Karol9 Lucſtain. Gerwic9 de Eglolfsheim. Heinricus de Zaizchoven. Pilgrim9. de Hezchindeſdorf. Frideric9 cum ore.*

Num. LIV.

Mancipia.

G*erhows* quidam de *Deckindorf* tradidit beato Georgio Pruuiningenſi filium ſuum Perhtoldum & filiam Juth liberos homines ad cenſum. V. denariorum. Item ex familia ſua. IIIIor. mancipia. Felint mulierem & filium ejus Chunradum & duas filias.

Item Heinrich Swentar.

Item Heinrich Gedrudis.

N. LV.

Num. LV.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris. quod quedam mulier nomine *Luikart.* cum filiis ſuis. *Hermanno. Rvdigero & Adalheida.* delegaverunt in manus *Herwici de Houinricheſdorf* predium Cenobio Bruvinigenſi. & fratribus inibi Deo ſervientibus perpetuo jure poſſidendum. Teſtes ſunt. *Luikar de Rote*..

Num. LVI.

Teſtes de his que dedit *Demout de Salcburc. Sibodo de Surberch. Heinricus de Nochſtene. Heinricus de Niuvenchirchen. Heinricus de Moſe & filius ejus Heinricus. Perinhartus de Moſe. Fridericus & Siboto de Surenheim. Liutolt de Surberch. Goutſalch de Heimminegen. Oudalricus de Chamer.* & alii quam plures. (*)

*) Quid dederit, ignoratur, eoquod Codex multis foliis truncatus adpareat; quem tamen defectum ex aliis monumentis magna ſaltem ex parte in ſubſequentibus ſubplere curabimus.

Num. LVII.

Hullenloh, & Steinprouk.

Teſtes abdicationis *Heinrici de Schönnhoven & uxoris ejus Alhœidis. & filiorum* ejus *Heinrici. Friderici.* & aliorum pignorum ſuorum pro curia in *Houllenloh.* & cujuſdam horti & agrorum in *Steinprouk.* Dominus *Fridericus Abbas de Weltenbourch. Perhtoldus de Eichenhoven. Hermannus villicus de Prukdorf Otto.* & *Rapoto* Naute de Pruvening. *Heinricus* Molendinator de *Oberndorf. Perhtoldus Zanker. Heinricus Fries. Adalhardus.*

hardus. Wolfhardus. Heinricus Schewenſtein. Heinricus Saul-berger. Gozwinus Piſtor. *Herbordus. Rempertus. Meingotus.* Servientes Abbatis. Acta ſunt in Pruvening Anno Domini M. CCLVI. in Nativitate Sancte Marie Virginis.

Num. LVIII.

Bernoldus de Ratiſpona tradidit Monaſterio Sancti Georii domum in urbe Ratiſpona ſitam. Que cum delegata eſſet in manu *Sigefridi de Unterpentelingen.* delegavit eam idem *Sigefridus* fide in manꝰ *Ottonis de Hagenhule miniſterialis Ducis.* eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes hujus rei ſunt. *HEINRICUS Prefectus Oudalricus de Staine. Purchart filius ejus. Dietmar de Totenacher. Eberwin de Lobeſingen. Pertolt de Oulrain. Roudiger de Ratiſpona. Karolus filius ejus. Luitwin de Grazze. Giſelbret de Ouningen. & frater ejus Wicpot. Hartnit Miniſterialis Prefecti. Ainwic de Touſingin. Giſelbreht de Lobeſingen. Fridericus Breuis de Ratiſpona. Mahto. Sigifrit de Unterpentelingen. Otto de Hagenhule.*

Num. LIX.

Predium in Hagenenburc. (*)

Roudigerus & *ſoror ejus Pertha de Hagenenburc* tradiderunt Monaſterio S. Georgii predium quale in eodem loco habere viſi ſunt. Quod cum eſſet delegatum in manu *Friderici de Regehaim.* petente *Roudigero & ejus ſorore* tradidit illud idem *Fridericus* ſuper altare Sancti Georgii. ſed illud idem predium receperunt predicti homines id eſt Roudigerus & ſoror ejꝰ a fratribꝰ. ut cenſum LXII denariorum ſingulis annis inde perſolvant. Teſtes hujꝰ rei ſunt. predictꝰ *Roudigerus. &*

Fri-

Fridericus Manzinus & *Gozolt* de Bruuiningen. *Wolfhero de Immenchoven.*

*) Alias Heidenburg & Haidenbrugge, hodie vero communiter a regione circumpoſita *Lauffenthal.*

Num. LX.

Predium in Wizendorf.

Engelmarꝰ *de Chnutingin* predium quale frater ſuꝰ *Suikerꝰ in Wizendorf* habere viſus eſt. tradidit fide in manꝰ *Adalberti de Muſſe.* Monaſterio S. Georgii conſervandum ea conditione ut ipſe quoad viveret uſum inde fructuarium capiat. Teſtes ſunt *Roudigerꝰ Meregardis filiꝰ.* & *frater ejꝰ Karolꝰ. Friderich Niz. Outo* & *Heitfolch. Gotſcalch Pincerna S. Emmerammi. Pertolt in colle. Adalhart Baltuini filiꝰ. Friderich de Seuchendorf. Adalbertꝰ de Bouicheim. Purchart de Sinzingin Wicpot* & *Purchart Roudigeri* homines. *Bruno frater Brunonis in Haide. Heinricꝰ Friſingenſis. Cunrat de Judinbrugge.*

Num. LXI.

Agnoſcant univerſi preſentes & futuri. qualiter *GEBEHARDꝰ COMES DE SULZIBACH* fratribꝰ Bruuiningenſibꝰ pro remedio anime ſue. dedit *Trouhti-Louibingin.* de manibꝰ potentibꝰ. Teſtes ſunt. *Arnoldꝰ de Wildenwie. Arnoldꝰ de Weſſinſten. Fridericꝰ de Parchſtein. Fridericꝰ de Predio. Gotefridꝰ dapifer. Rudpertꝰ. Cellarariꝰ. Beringerus de Pougrinſruth.*

N. LXII.

Num. LXII.

Pratum in Buche.

Erchenbertus de Wiſendorf Ortlibi & aliorum amicorum ſuorum conſilio acquieſcens. abdicavit omne Jus proprietatis quod ſibi vendicabat in prato illo quod ſitum eſt in *Buche*. Teſtes hujus rei ſunt. *Ortlyp ratiſpon. Oudalricus. Hartman. Adelgoz Chounrat ſervi Ortlibi. Hartwicus de Sunichingen. Dietricus. Oudalricus. Ludewicus de Mozzingen. Gozwinus. Pertholt Carpentarius. Hunolt. ipſe Erchenbertus qui* fecit abdicationem prati.

Num. LXIII.

Sintzing.

Burchardus filius Iſinrici de Sinzingen poſt mortem & ſepulturam Patris ſui. volens tradere monaſterio S. Georgii predium quale in *Sinzingen* habere viſus eſt. cum ipſe gravi infirmitate detineretur. & preſentem non haberet *Dietmarum de Sounichingen*. in cujus manu idem predium delegatum erat. quia tunc ipſe in ſclavorum regione morabatur. duobus hominibus ſuis *Heinrico cognomento Zungolfo* & *Adalberto Leiſe* negotium ſuum commiſit. injunxit namque illis. ut vice ſua *Dietmarum* convenirent. & eum per fidem ſuam rogarent. ut predium illud poſt mortem *Elliſe conjugis ſue* ac *Pertholdi fratris ſui* traderet Monaſterio S. Georgii conſervandum & delegandum quocunque Abbas & fratres petierint. Verum poſtquam convaluit ipſe *Purchardus* de infirmitate ſua. per ſe ipſum *Dietmarum* convenit. & rogavit eum facere. quod faciendum prius duo-

bus

bus illis hominib9 ſuis commendavit. Teſtes ſunt horum. *Purchard9* ipſe qui Predium tradidit. *Sigefridus & frater ejus Hartwicus miniſteriales HEINRICI Prefecti. Sigbot de Stouſe. Ainuuich de Touiſingen. Haitfolch de piunten. Egilolf de Staine. Poppo & Mazilo fratres de Bruuiningin. Perliub & Egilolf* naute de Bruuiningin. *Erneſt & Sazo de Sinzingen. Herebolt* item inde. *Gebehart Cytariſta. Gerolt ſeruus Purchardi. Pernhart de Manſendorf.*

Num. LXIV.

V*lricus de Egloſſheim* & *Rudgerus filius ſororis ipſius* tradiderunt ſe ſancto Georio in Pruvening ad cenſum VI. denariorum.

Num. LXV.

H*enricus Rorbech de Amſperch* (*) *Eberhardus de Rorbach.* obiit Marie.

*) Forte erant Miniſteriales Comitum de Abenſperg. ſcripſit autem hæc Nomina Manus ſæc. XIV. med.

Num. LXVI.

Predium in hallenhuſen.

H*elmprehtus de Loutenpach.* cum uxore ſua. delegavit in manus *Erbonis de Mangoltign.* conſervandum Monaſterio Sancti. Georii. Mart. predium ſuum ſitum in *hallenhuſen.* cum omnibus appendiciis ſuis. de potentibus manibus. eo ſcilicet pacto ut ambobus ſuperſtitibus ex integro deſerviat eorum uſibus. donec alteri eorum morte ſubtracto. omnino cedat in proprietatem eidem

eidem loco. atteſtantur huic rei per aurem attracti. *Hartnidus. E. Roudgerus de lapide. Burchardus de Whichprechteſdorf. Eberhardus de Mantiching. Herlib. Oulricus. Albertus de Telwane. Walther de Tiging. Dipolt. de Heinberch. Sibot. de Techelbach. Marquart. Wolfram de Swant. Routlant.* de Grounſtet. *Vlricus cum filiis ſuis Friderico.* Gotfrido. *de ſuperiori Monaſterio. Roupertus de Hitenchoven. Oulſcalch de Heinberch. Engilbertus. Loutwin. de Walde. Herman. de Stauphe. Pilgrim. de Hourinbach. Chunradus. de Mounchirchign.*

Num. LXVII.

De Wizzindorf.

G*erbirch vidua Englmarl de Wizendorf.* coram *HEINRICO Vrbis prefecto.* cunctis audientibus, qui erant in concilio judiciali. confeſſa eſt conteſtans. ipſum predium *Wizendorf.* pertinere ad S. Georium Bruuiningin. & dixit ad ſe nichil pertinere de eodem predio niſi uſus fructuarios. tantummodo quoad ipſa viveret. Quod quidem Predium a *Swikero* primitus traditum Sancto Georio Bruviningen. *Englmarus* fratris donationem confirmans. delegavit per manum *Alberti de Muſſe* fratribus Bruniningen ſervandum. Ad hujus negotii teſtimonium. ipſa *Gerbirch.* dedit publice. de ipſo predio cenſum. V. nummos. Teſtes ſunt *HEINRICUS Prefectus. Erbo de Mangoltingin. Pabo de Zallingin. Hadmar de Ahuſen. Fridericus & frater ejus Pernhardus de Wolfershoven. Wernher de Laber. Vlricus Vicedominus. Heinricus de Hohenberge. Karolus Zolnare. Albertus & Luitwinus haider. Wernher de Sinzingen.* & frater ejus *Grimoldus. Bruno de Sconenhoven.* & miles ejus *Otto. Marquardus Hanſgrave. Hugo prepoſitus* de ſuperiori Monaſterio. *Wich-*

fri-

fridus de Winzer. Heinricus de Iſningin. Wernhart Toter. Roupertus Kargil. *Etecho de Stefninge. Vlricus de Schillingeſwiſen. Wernher von dem Hage. Roupertus de Lern. Ernſt an der Haide. Ekehart de Brunnelatt.*

Num. LXVIII.

Mancipium.

D*ietericus de Bunneharte* tradidit ſuper altare ſancti Georgii mancipium nomine *Hezilo* omnino in proprietatem de potentib9 *manibus*, ad V. denarios ſingulis annis ſolvendos. Teſtes hujus rei ſunt *Babo ejusdem Dieterici de Ratiſpona. Fridericus de Bunneharte. & Hartwicus.*

Otto. Gotſcalc. Pertolt. Arnolt. Egilolf. Herman, ſervientes noſtri.

Num. LXIX.

Mancipium.

Quidam homo nomine *Pernolt de Hembure* tradidit per manum *Purchardi de Stadelen* mancipium ſuper altare S. Georgii. ad cenſum V. denariorum ſingulis annis ſolvendum.

Num. LXX.

Mancipia S. Georii.

Vlric9 Vinitor. Heinric9 Cſchroth. dimudis ſoror ejuſdem de Lonſperch.
Eva. Dimud. Juta.

Ad Fraternitatem Beate Virginis. Benedicta. Hilta. Hemma. Converſe de Weinting. Vllric9. Albert9. Gebhard9. Chunrad9. Heinric9. Elyſabet. Irngart.

Villic9 Rudger9 de Wolfering & Rizza uxor ſua. Irngart filia ipſorum. Item Alhaidis. Mergardis. item Otto fili9 eorum.

Num. LXXI.

Mancipia Ecclesie noſtre.

Heinric9 Molendinator de Puhil. & fratres ſui Perhtold9 & Marquard9.

Wolfram. Item Heinric9 Wolfram. Rugerus. Otto item Hadwigis de Gravenreut.

Ad cenſum V. denariorum. Heinrich de Munichmul fili9 Richildis. Chunrad9 de Ezenberc. Riche. Rihza mater ejus. Mathild uxor ej9. Heinrich frater ej9. Alheidis ſoror ejus. Alheidis de Munichmul. Alheidis & filia ej9 Alheid & Giſela filia ejus.

Siboto & Chunigundis Ulrich & Hiltburc. de Scambach. Halheid de Scambach.

Vlric9. Albert9. Gebhard9. Chunrad9 Heinric9 Elyſabet. Irngart.

Chunrad9 de Prukdorf tradidit ſe ipſum. S. Georgio brueninge ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt iſti *Ditmar. Vlric9. Wernher. Fridric9. Heinric9 Rupert9 Wirnt. Albercus.*

Perthold9 de Hage V. denariis cenſualis eſt. S. Georgio, Trouta uxor ſua quatuor. *Mehtild de Teourling* IIII^{or}.

N. LXXII.

Num. LXXII.

Mancipium.

Noverint univerſi quod *Paltwin* Vinitor de *Oberndorf* filiam ſuam *Chunigundem* libere condicionis ancillam tradidit ſuper altare S. Georii ad cenſum trium denariorum. Huj9 rei teſtes ſunt *Heinric9 Hobel & frater ipſi9 Gunther9. Chunrad9 Villic9 de Chuniſwiſen. Perhtold9 de Weidenhul. Merboto. Herbord9. Meingot9* ſervientes Domini Abbatis.

Num. LXXIII.

De Elſprun cenſuales.

Frideric9. Elyſabet. Chunrad9. Irngart. Wilbirg. Jutta. Mergart. Perthold. Fridericus.

Mancipia S. Georii Pruueningenſis Eccleſie in Gmunde conſiſtentia Heinric9 Villic9 in Gmunde cum ſuis fratribus Sighardo. Hermanno Vlrico. & Sororib9. Lweardis Hailweic. Item nepotes Heinric9. Luitwin9 Frideric9. filii Lwcardis Wolfmar9 Pernger9. Herimann9 Heinric9 Rudgerus Hartman. filii Hailwic Pernold9 Gebhard9 Alberic9 Chunrad9. Ulric9.

Num. LXXIV.

Chunrat de Nitenawa & *Mathilt* vxor ejus dederunt ſe & *Vlricum* filium ſuum ſuper altare. S. Georii in die S. Leonhardi ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt hii. *Perhtolt. Megenhwart fratres. Chunrat. Winchilar. Engelmar Euzo. Cumpertus de Nitenawa. Adlbertus & Chunrat de Graſolvingen. Chunrat. Rupertus.*

Num. LXXV.

R*apoto de Puliten in Tangrintil.* pertinet ad S. Georium Pruvining. permittente atque donante *CHUNRADO Ratisponenſe Electo.* Teſtes ſunt *Rudigerus de Loh. Camerarius Domni Babenbergenſis Epiſcopi. Ernſt de Wintigin. Pertoldus de Gerloving. Chunradus Winclar. Chunradus filius Judicis de Mairhoven. Henricus de Walden.*

Num. LXXVI.

F*RIDERICUS Advocatus Ratiſpon.* tradidit Monaſterio S. Georgii mancipia hec. Luikart de Rore. & filium ejus Rudigerum & filiam ejus Adelhait. & ſororem ejus Luikart Evam. & filiam Luikart. ad cenſum III. denariorum.

Num. LXXVII.

C*hounradus de Buchenlah* tradidit ſuper altare S. Georgii mancipium ſuum nomine Herwicum ad cenſum V. denariorum ſingulis annis. Teſtes ſunt iſti. *Oudalricus de Hattenruite. Pertholt de Tekkendorf.* & *Rudigerus* inde *Chounrat de Buchenla. Gebehart de Stegen.*

Num. LXXVIII.

I*rmigart de Tangrintele* & duo filii ejus. *Wernherus* & *Oudalricus.* ſingulis annis ad altare S. Georgii Bruuiningen perſolvunt cenſum. V. denariorum.

Num. LXXIX.

I*ugenta* & *Chounrat de Richenbach* cum conſenſu fratris ſui *Megengozi* tradiderunt ſuper altare ſancti Georgii tria man-

cipia

cipia quorum hec ſunt nomina. Roudiger. Gerdrut. Perhtolt. cum poſteris ſuis ad cenſum V. denariorum ſingulis annis.

Num. LXXX.

H*eilica de-Hemboure* cum filia ſua *Jouta* ſingulis annis ſol-uunt cenſum. V. denariorum ad altare S. Georii Bruue-ningin.

Num. LXXXI.

Y*ſinper de Haelſbach* Conjugem ſuam *Friderun*. XII. ſolidis re-demptam ab *Hartwico* cognomine *Chrobſ* de Ratiſpona. fecit eam tradi ſuper altare S. Georii ea conditione. ut cenſum V. denariorum ſingulis annis ſolvat. Teſtes ſunt *Sigehart. de Eberſ-biunte. Adalbero de Grizbach. Altman de Egiloluesbaim.* Idem *Hartwich Chrobſ* ſepultus eſt ibidem. filia predicti *Friderun Hailka* eodem Jure quo & mater pertinet ad S. Georgium.

Num. LXXXII.

Quidam *Tobemar* dictus famulam ſuam *Perhtam de Clage-dorf* tradidit ſuper altare Sancti Georgii Bruuingen. ad cenſum V. denariorum ſingulis annis.

Num. LXXXIII.

Mancipium.

E*berwin de Stolzilberg* tradidit Monaſterio S. Georgii Manci-pium nomine *Hiltigart* cum poſteris ſuis ad cenſum V. denariorum ſingulis annis ſolvendum. Teſtes huj9 rei ſunt. *Goz-pert9 de Iminchoven. Gotpolt de Ichinchouen. Friderich de Heri-goltiſhoven.*

N. LXXXIV.

Num. LXXXIV.

Adalbert9 de Strubingin fili9 Judite cum *avia* ſua *Touta*. cum eſſent libere conditionis. tradiderunt ſe ipſos ſuper altare Sancti Georgii ad cenſum duorum denariorum ſingulis annis perſolvendum.

Num. LXXXV.

Merbotó. Erkenbert9. Rudiger9. tres fratres de Aſungen filii quidem cujuſdam Matrone. Trute. de Neunchirchen. obtulerunt ſe ipſos in mancipium ſuper aram Sancti Georii ad cenſum V. denariorum. Huj9 rei teſtes ſunt. *Johannes*. ſerv9 Abbatis. *Ortlib9 Swarze. Heinrich Longus Hilprand9 Carpentari9. Heinrich Carenruſche. Heinrich Meſener. Rudierus.*

Num. LXXXVI.

G*EBEHARDUS COMES DE SULZPACH* tradidit Monaſterio Sancti Georgii mancipium *reginoldum* nomine hac conditione. ut cenſum V. denariorum ſingulis annis ad altare S. Georgii perſolvat.

Num. LXXXVII.

Hec ſunt mancipia que pertinent ad Sanctum Andream in domo elemoſinaria. Irmigart de Graſoluingin. & filia ejus Perhta. & filia ejus Giſela. & filia predicte Irmigardis. Mahtilt. & filia ejus Perhta. Dimout. & filius ejus Wicpreht. Meregart. que omnes cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvent. cum iſtis. Oudalricus. Mahtilt filia ej9. Counrat frater Oudalrici.

Folcmar. Pernger. Counrat. Irmigart. Adelhait. Hiltigart. Adel-

Adelhait ad II. denarios.

Ditmar & Hiltpurch. uxor ejus de Graſoluinge ad V. denarios pertinent ad S. Andream. in domo elemoſinaria cum. liberis ſuis. Mathild. Perhta. Ulric9. Adlbert9. Luitwin.

Num. LXXXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris qualiter *Reginoldus* quidam *de Lengentale Liber Wint* tradidit ſeipſum ſuper altare S. Georgii. & bonis ſuis obtinuit apud *Oudalricum & Heinricum & Counradum de ſuperiore Dingolvingin.* ut *Richzam uxorem* ſuam cum filiis ſuis *Gerloho. Mathilt. & Sigharo* preſente *Babenbergenſe Epiſcopo EBERHARDO* cum juramento & fide ter abdicarent ſuper altare S. Georii *Prouenien* (*) ad cenſum V. denariorum ſingulis annis. Teſtes ſunt *HEINRICUS Prefect9. OUDALRICUS Vicedomin9. Gebolf de Moſehaim.* & *Heinric9 filius ej9. Counradus de Scambach.* Ejuſdem *Reginoldi de Lengentale ſoror Irmigart vxor Waltheri.* ſeipſam tradidit ſuper altare S. Georii. eodem Jure quo & frater ejus.

*) Hoc eſt Prufening.

Num. LXXXIX.

Mancipium.

Herman cognomento *Ovelin.* & fili9 ejus *Heinric9* tradiderunt Monaſterio S. Georgii Mancipium cui nomen *Wernherus* omnino in proprietatem de potentib9 manib9 ea ſcilicet conditione ut ſingulis annis cenſum quinque denariorum perſolvat. Teſtes ſunt *Oudalſchalch* de *Bruuiningen* & *Mazilo* item

inde

inde. *dieterich Zeno. Marchwart longus. Meribot Negotiator: Adalbero brevis. Erchenger de Ratiſpona. Erchenger de Nurnberg.*

Num. XC.

Mancipia.

L*oudewuich de Luitpurch* tradidit Monaſterio ſancti Georgii Octo mancipia ea videlicet conditione ut ſinguli per ſingulos annos cenſum X denariorum ad altare perſolvant. quorum nomina hec ſunt. Gnanno. Hartwic. Heinrich. Sigila. Giſela. Richza. Aua. Hadewich. Teſtes ſunt Oudalſchalch. Mazilo & filii ejus Marchwart. Pernolt. Poppo. Mazilo. Mancinꝰ. Sigehart. omnes de Bruuiningen.

Num. XCI.

Mancipium.

E*berhardus de Egilolueſhaim* tradidit Monaſterio S. Georgii Mancipium nomine Heinricum ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum.

Num. XCII.

Tria Mancipia.

W*ernherus de Prinburch* tradidit ſuper altare Sancti Georgii per manum *Megengozi de Sulzpach* tria mancipia quorum iſta ſunt nomina. Chouniza. Herman. Herbort. matrem videlicet cum duobꝰ filiis. ea conditione. ut tribꝰ vel quatuor annis ſequentibꝰ cenſum V. denariorum perſolvant. poſtea vero

data

data precii compenſatione digna ſe redimant. & miniſterialium jure deinceps ecclesie noſtre ſerviant. Teſtes hujus traditionis & pactionis hii ſunt. *Herman Pater eorundem filiorum. Gumpreht de Gumprehteſruite. Purchart de Niwenchirchen. Gotfrit de Saltendorf. Gotpolt & Immo de Magenſbach. Megengoz* ſupra dictus.

Num. XCIII.

III. Mancipia.

R*apoto de Pache* tradidit manu ſua ſuper altare ſancti Georgii tria mancipia ea conditione ut ſingulis annis cenſum V. denariorum illo perſolvant. Quorum nomina hec ſunt. Irmigart. Counrat. Arnolt. Teſtes ſunt. *Rapoto* jam dict9. *Friderich de Werde. Adalhun vir predicte Irmigardis. Marchwart. & Mazilo fratres* de Bruuininge. *Sigehart* item inde. & *Menzinc.*

Num. XCIV.

Quidam homo *de Winzir* nomine *Wikfridus* & uxor ejus *Agnes* filiaque ejus *Alhait* tradiderunt ſancto Georgio mancipium nomine *Eberhart* in proprietatem ad V. denarios ſingulis annis perſolvendos. Huj9 rei teſtes ſunt. *Wimar9. Gebolf de Moſheim. Rupert9 Molendinarius Pernolt.*

Num. XCV.

Mancipium.

H*artman de Hattenruite* tradidit manu ſua ſuper altare. S. Georgii Mancipium nomine *Richilt* omnino in proprietatem de potentib9 manib9. hac conditione ut ſingulis annis cen-

ſum V. denariorum perſolvat. Teſtes ſunt *Oudalſcalch* & *Mazilo de Bruuiningin. Mancinc* & frater ejus *Sigehart. Marcwart. Pernolt fratres.* omnes de Bruuining.

Num. XCVI.

Mancipia.

L*udewuich de Lutburch* per manum *Gerungi* de *Moſeheim* delegavit Monaſterio. S. Georgii V. mancipia. Matrem videlicet Herlucam nomine cum IIIIor. liberis ſuis. quatinꝰ *annis* ſingulis cenſum. V. denariorum ad altare Sancti Georgii perſolvant. & nullꝰ Abbas qui in illo loco pro tempore fuerit ulli hominum ea in beneficium concedat. Teſtes hujus rei ſunt hii. *Mazilo* & duo filii ejus. *Marcwart. Pernolt. Mancinus Oudalſcalch. Gnanliub de* Bruuining.

Genus Herluce.

Gepa. Rihprert Heinricus Adlhaid Irmgart Chriſtina Richer Juta Altman Chunrat. Mathilt Ditmar Giſil Herlouch Irmgart. Heinricꝰ Megenhart Chunrat Gerdrut Hiltpurch Perhta Hadmud Gotlint. Gertrudis converſa.

Num. XCVII.

Mancipia.

Otum ſit omnibꝰ quod quedam mulier libera nomine *Mahthilt* tradidit ſe ipſam cum tribꝰ filiis *Richero Wernhero Megengoto* & una filia nomine *Hilta.* ſuper altare ſancti Georii. ad cenſum V. denariorum.

Num. XCVIII.

Mancipia.

B*urchardus de Ekkeheim* tradidit ad cenſum V. denariorum beato Georgio hec mancipia Volchmarum cum duob9 filiis Volchmaro & Heinrico & ſororem ejus Chriſtinam nomine cum filia Perhta cujus filii ſunt Heinrich & Adelheit.

Num. XCIX.

IIII Mancipia.

A*dalbert9 de Tingoluingin* tradidit manu ſua ſuper altare ſancti Georgii IIIIor. Mancipia ea conditione. ut annis ſingulis cenſum V. denariorum ad altare perſolvant. quorum nomina ſunt hec. Pertholt. Engilmar. Hilta. Ita. Et null9 Abbas qui in loco illo pro tempore fuerit. ea ulli hominum in beneficium concedat. Teſtes hujus rei ſunt hii. *Humbret & Heinrich de Veluuen. Sefrith de Lengental. Marcwart. Eziman de Tingoluingin.*

Num. C.

Mancipium.

Quidam homo liber *Routpert9* nomine ſeipſum offerens in mancipium ſuper altare Sancti Georgii. ſingulis annis cenſum V. denariorum perſolvit.

De Dietherſperge.

Volmarus. Rudigerus. Chunrad9 fratres. Adilheit. Irmigart. Sorores eorum.

De Geiſilvelt.

Engelpreht. Heinrich. Pernhart. Chunrad. fratres Liukart. Diemut. Alhait. Rechilt ſorores eorum.

Num. CI.

Touta vidua *Ruperti de Troubelinge* neptis *Ratoldi* & filia *Richildis de Graſolvinge* pertinet ad S. Georium Brouveninge. ad cenſum V. den. Hujus liberi ſunt. Ortwinus. Alheit & Touta. Habet etiam duas ſorores.

Richpreth. Chunrad. Hailca. Gerdrudis. de *Traubling*.

CODEX TRADITIONUM.

PARS IV.

Hic quoque deſcripta & deſcribenda ſunt bona laboribꝰ fratrum & ſumptibꝰ conquiſita aut etiam in futurum juſte & legitime preſtante Domino conquirenda.

Num. I.

Bruggedorf.

Marcwardus Stolzil acceptis a fratribꝰ CXXX talentis dedit Monaſterio tres partes predii in *Bruggedorf* per manum *OTTONIS ratiſponenſis Prefecti*. Teſtes hujus rei more Bauuarico per aurem tracti ſunt. *OTTO de Rittenburch. Albo de Prunnen. Wernher de Brunnen. Babo de Frichendorf. Wernher de*

Mem-

Memminchoven. Riwin de Manegoltingin. Wernher de Winkelſaze. Engilmar de *Cnouitingin. Egilolf & Eccebreht. de Steinbruke.* & de eodem loco *Oudalrich. Arbo Sculticius. Megengoz de Hage. Mazilo de Bruiningin.*

Num. II.

Lobeſingen.

OTTO *predict9 Ratiſponenſis Prefectus* acceptis a fratribus XXXVI. Talentis delegavit Monaſterio Sancti Georii per manum *Geroldi de Steueningen* partem predii in *Lobeſingen.* Cujus rei Teſtes ſunt. *Erchenbert9* & frater ejus *Heinricus de Stirne. Otto & frater ejus Gundechar de Endorf. Friderich de Rorbach. Karl* de *Hebingen. Babo de Zollingin. Riwin de Manegoltingin.*

Ad idem predium pertinent Perhtoldus cum fratrib9 & ſororib9 ſuis.

Num. III.

Machenberg.

D*ietmar de Raine* & uxor ej9 acceptis a fratrib9 XI^cim^. Talentis. tradiderunt Monaſterio ſancti Georii predium in *Machenberg.* per manum *Iſinrici de Sinzingen* omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Eadem hora eodemque loco abdicaverunt ſe ab omni jure ejuſdem predii. *Heinricus de Prummendorf* & filii ejus *Alben* & *Ortolf.* Harum utrarumque rerum & delegationis videlicet quam fecit *Iſinrich* & abdicationis quam fecit *Heimrich* & filii ejus. Teſtes ſunt hee Perſone. *Heinricus* jam dict9 *de Prummendorf* & filii ejus *Alben & Ortolf. Dietmar & Oudalrich de Raine. Sigehart de Atingen. Gumpolt de*

Ra-

Ratiſpona. Dietmar de Sunechingen. Heitfolch de Wiſendorf. Tagino & *Riwin de Rotegen* & Homo *Taginonis Chouno. Chounrath de Laime. Marcwart homo Iſinrici. Oudalſcalch* & *Gnanliub de Bruuiningin.*

Num. IV.

Machenberg.

Vxor *Herrandi de Hohenhaim* & filii ejus acceptis a fratribus XII. Talentis tradiderunt Monaſterio Sancti Georii predium quod habemus in *Machenberg* omnino in proprietatem de potentibus manib9. Nam ipſe *Herrandus* juramento firmavit uxorem ſuam potentem eſſe tradere idem predium ſuper altare ſancti Georii ſine contradictione mulieris & viri omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Hujus rei teſtes ſunt *Iſinrich de Sinzingin* & filius ejus *Purchardus. Heinrich de Tunnehoven. Sigehart de Atingen. Ortliep filius Adalberti* & homo ejus *Wicfrit. Heinrich. Otnant.* & *Otto de Scambach. Riwin de Rotegen. Oudalrich Ceſar. Mazilo* & *ali9 Mazilo Scementarius. Goteſcalcus. Gnanneliub* & *Oudalſcalch de Pruuiningen. Ecce hart frater Arnoldi.*

Num. V.

Makenberg.

Adeldegen *Miniſterialis Babenbergenſis* Eccleſie acceptis a fratrib9 VII. talentis tradidit Monaſterio S. Georii predium quod item habemus in *Makenberg.* omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes huj9 rei ſunt. *Gotpolt de Choſrocheſruite.* & filii9 ej9 *Dietericus. Wicman de Ezzenberg.*

Num. VI.

Num. VI.

Liukardis de Sunnebrehtiſdorf & filia ejus tradiderunt per manum *ADALBERTI Comitis de WINDEBERGE* Advocati cenobii Bruuiningen. predium quod dicitur *Grube* Monaſterio Sancti Georii omnino in proprietatem. Hoc idem predium mutuatum eſt alio predio quod ſitum eſt Vuxlbach (*) aliiſque bonis Monaſterii. hujus rei teſtes ſunt. *PERNHARDUS Comes frater Hartuuici Epiſcopi. Chadolt & frater ejus Geben de Winzer.* & alii plures liberi & miniſteriales. *Hademar de Ahehuſen. Suigker de Perndorf. Gozpold de Gozpoldeſcelle. Sigehart de Atingen.*

*) Lectio dubia. F. Vuilpach.

Num. VII.

Pettenchoven.

Genige de Siginburch & filii ejus *Altman* & *Rahwin* acceptis a fratribus XXXV. talentis tradiderunt predium in *Pettenchoven* fide in manus *FRIDERICI Ratiſponenſis Advocati* tradendum ſuper altare Sancti Georii. Teſtes ſunt. *Chadolt* & frater ejus *Geben* filii predicte *Genie.*

Hec habebat filium Clericum nomine *Heinricum* qui huic traditioni non intererat. Qui poſtea ſuper reliquias Sancti Georgii ſe abdicavit ſicut jus expoſcebat. Cujus rei Teſtes ſunt *Gerolt* & *Hartwic de Tanne.*

Num. VIII.

Sichenheim.

Adalbertus & filii ejus Hartwicus & Rahwinus tradiderunt partem quamdam predii quod in *Sichenheim* habere viſi

ſunt

ſunt monaſterio Sancti Georii recepta plena & legitima compenſatione de bonis eccleſie ea videlicet conditione ut ſiquis hoc Monaſterio jure ſubtraxerit. tantundem valens predium Monaſterio & talentum argenti det. *Adalhardo Villico.* hujus rei teſtes ſunt. *Gothart. Vuoluolt. Otto. Meginhart. Noudunc. Rabo. Gotſcalch. Anhunc. Marcolf. Oudalrich. Wolfgrim.*

Num. IX.

Siphinchoven.

G*erhart & filii ejus Waſigrim & Heinrich* tradiderunt partem quandam predii quod in *Siphinchoven* habere viſi ſunt Monaſterio ſancti Georii recepta plena & legitima compenſatione de bonis Eccleſie ea videlicet conditione ut ſiquis hoc Monaſterio jure ſubtraxerit, tantundem valens predium Monaſterio & talentum argenti det *Adalhardo villico.* hujus rei teſtes ſunt. *Gerhart. Noudunc. Huc. Ainwic. Wernhart. Otto. Riuuin. Hartwic. Heinrich. Pertholt. Bero. Rabo. Outo.*

Num. X.

Pratum.

H*elembert9 de Gerlouingin* tradidit cenobio ſanctiGeorii pratum quoddam recepta plena & legitima compenſatione de bonis Eccleſie. Cujus rei teſtes ſunt hii *Bruno. Counrad9 Wernher9. Helmbert9. Heinric9. Megenuuart & frater ej9 Counrad9. & Oudalric9 fili9 ej9 Courad9 filius Hadebrandi. Reginherus. Wicpolt & frater ejus Ezzo. Ymmo. Adelhere. Adalber. Pertholt & frater ej9 Sefrid. Sigifrid9. Sigifridus. Marcuuart fili9 ej9. Counrat & frater ejus Pilgrim. Megenuuart. Wicman de Siggelingen. Ilſunc Pertolt.*

Num. XI.

Num. XI.

Erlingin.

Odalrich de *Vuolueſtein* & uxor ejus accepta plena & legitima compenſatione de bonis eccleſie tradiderunt predium *Erlingin* fide in manus *Wernhardi de Winchilſaze* delegandum Monaſterio ſancti Georii. quod delegavit idem Wernhard9 ſicut rogat9 fuerat preſato cenobio omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes ſunt. *Oudelſcalch. Mazilo* **Manzing.** *Riziman. Gnanliub. de Bruuiningin.*

Num. XII.

Vitalitium An. 1257.

In nomine Domini Amen. Nos *Wernherus* Dei Gratia humilis Abbas totumque Capitulum in Pruvening univerſis tam preſentib9 quam futuris preſentem Cartam inſpecturis ſalutem in omnium ſalvatore. Ne proceſſus Laegittime pertractat9 fraudis uicio aut obliuionis ſcrupulo aliquo modo in poſterum permutari queat aut infringi. preſencium tenore duxim9 declarandum, quod nos videlicet gravi eccleſie noſtre neceſſittate urgente. acceptis. C. Libris ab *Alhardo* cognomine *Irhaer. cive Ratiſponenſi* ad ſolucionem pignorum eccleſie noſtre judeis obligatorum aliiſque commoditatibus noſtris promovendis. ad ipſi9 ordinacionem contulim9 duab9 filiab9 ſuis. *Irmgardi* videlicet & *Chriſtine.* filioque *Chriſtine Ulrico* curiam noſtram in *Erling* ſitam omni jure aduocacie carentem ad ipſorum vite terminum tantum poſſidendam ab ipſis ſingulis annis inſtituendam & deſtituendam omni Eccleſie noſtre dampno excluſo & diſpen-

dio. preterea ſingulis annis carratam vini. & urnam de vinea *Taenilaerii in Oberndorf* conſtituta eiſdem tenemur perſolvere Perſonis illorum precio ſub noſtra Gubernacione in *Prunletam Ratiſbone* aſſignando niſi forte quod De9 avertat naufragii periculo perdatur. hac vicaria adiecta pactione ut ſi vinum preſata ſterilitate prepediente ad carrate ſolucionem non ſuffecerit de adjacente ſibi vinea ipſe defectus ſuppleatur. Quodſi vero legitimis eventib9 ipſum non perſolvitur vinum. V. Libras denariorum Ratiſponenſium in Epiphania Domini pro vino dictis perſonis perſolvere tenemur. alhoquin perſone preſate pignora ſua ad dampnum Eccleſie noſtre obligabunt. Si vero voluntarie dictum vinum ipſis ſubtrahitur cum in vinea prememorata aut eidem vicina commodi9 haberi poſſit prout cari9 tempore vindemie venditur talia nobis foro ipſis reſtituetur. excludimus denique a ſepe dictis perſonis omnem ipſi9 precarie vendendi. obligandi infeodandi. preter noſtrum conſenſum. facultatem. ad majorem igitur hujus rei confirmacionem preſentem paginam inde confectam juſſim9 conſcribi & ſigillis videlicet Domini Abbatis & Conventus communiri. Huj9 rei teſtes ſunt *Perktold9* Prior *Wolfricus. Chunrad9 Camerari9. Frideric9. Alhard9. Walther9. Heinric9 de Ferrating. Pruno de Vihauſen. Vlric9. fratres de Pruvening. Syghardus frater Alhardi Irhaer. Vlricus fili9 ejus. Hartwicus gener Alhardi. Chunradus eſtas. Cives Ratiſponenſes. Herbordus. Rempett9. Mingotus* ſervientes Abbatis. Datum Anno Domini. M. CC. LVII. Menſe Septembri III°. Kal. ejuſdem. in die Martyrum Felicis & Audaucti.

Num. XIII.

Num. XIII.

Talhoven.

Gozwinus per manum Domini ſui *Erchenberti* tradidit Monaſterio Sančti Georii predium quale in *Talhoven* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentib9 manib9. recepta plena & legitima compenſatione de bonis eccleſie. *Teſtes qui ſupra.*

Num. XIV.

Lengenvelt.

Baltuuin9 *junior fili9 Baltuuini de Ratiſpona* acceptis a fratrib9 XXV. Talentis. tradidit Monaſterio ſančti Georii predium quale in *Lengenvelt* habere viſ9 eſt omnino in proprietatem de potentib9 manib9.

Num. XV.

Clagedorf.

P*ertholdus de Niwenburch* acceptis a fratribus VIII. talentis tradidit Monaſterio ſančti Georii predium quale in *Clagedorf* habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentib9 manib9.

Num. XVI.

Predium juxta Allingen.

M*arcwart de Vrbach* acceptis a fratrib9 duob9 talentis. tradidit Monaſterio S. Georgii predium quale juxta *Allingin* habuerat omnino in proprietatem de potentibus manibus.

Num. XVII.

In Oberndorf.

Goroldus acceptis a fratrib9 XI. ſolidis tradidit Monaſterio predium quale in *Oberndorf* habere viſus eſt. teſtes ſunt. *Oudelſcalch. Mazilo. Manzing. Gnanliub. Riziman de Bruuiningen. Eppo de Oberndorf.* & filio ej9 *Salman. Hiltiger. Wolfram* & frater ej9 *Eppo. Hailolfus.*

Num. XVIII.

In Oberndorf.

Counradus de Oberndorf acceptis a fratrib9 IIII. ſolidis tradidit Monaſterio S. Georgii predium quale in *Oberndorf* habuerat. quod cum eſſet delegatum in manum *Epponis.* delegavit illud idem *Eppo* prefato Monaſterio ſicut a *Chounrado* rogat9 fuerat omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes ſunt idem ipſi qui ſupra & ipſe *Chounradus.*

Num. XIX.

Quatuor prata.

Wigman de Giſlingin acceptis a fratrib9 XIcim. ſolidis tradidit Monaſterio ſancti Georii. IIII. prata. Que cum delegata fuiſſent in manum *Outonis filii Azilini* petente *Wicmanno* delegavit ea item *Vto* in manum *Luitwini nigri.* conſervanda Cenobio Bruuiningen. Teſtes ſunt ipſe *Wicmannus* & *filius* ejus. & *Periker* & *Adelhoch* homines ipſius. *Luitwin Liſtmar.* & filio ejus *Adalbert9 Chaſpizzer. Friderich Munt. Pernolt Tuſcan* & frater ejus *Oudalricus Roupert9* & filius ejus. *Routpert9 de Pettenchoven.*

N. XX.

Num. XX.

Predium in Bluttingiſdorf.

Piligrim9 & Hilduin9 fratres de Vrońowe acceptis a fratrib9. V. talentis & II. ſolidis tradiderunt Monaſterio S. Georgii predium quale in *Bluttingiſdorf* habere viſi ſunt. omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Téſtes ſunt. *Sigehart de Vronaugia. Rapoto de Tobele. Manzinc & filius ejus Hartwicus. Marcwardus & Pernoldus fratres de Bruuiningin. Adalbertus & Wikka de Graſolvingen. Hartlip. Gernant* famuli noſtri.

Num. XXI.

L i n d a.

Heilika & *Giſila* tradiderunt per manum *Piligrimi de Vronaugia* predium quale item in *Lindaba* habere viſe ſunt. recepta plena & legitima recompenſatione de bonis ecclefie. *Teſtes ſunt qui ſupra.*

Num. XXII.

Chougiliſdorf. Chawlſtorff.

Hartwicus frater Oudalrici de Culigiſdorf tradidit Monaſterio ſancti Georgii predium quale ipſo loco habere viſ9 eſt omnino in proprietatem de potentib9 manib9. recepta plena compenſatione de bonis Eccleſie. Teſtes ſunt *Megingoz de Hage & frater ejus Gotpolt. Burchardus de Sinzingen. Otnant de Lufentale. Oudalſcalch. Mazilo & IIII. filii ejus. Pernolt. Marcuuart. Poppo. & Mazilo: Mancin9. & fratres ejus Heinrich & Sigehart. de Bruuiningen. Wolframmus. Otto de Scambach.*

Ou-

Oudalrich de Culiſdorf. Sazo de Sinzingin. Gozpertus cuſtos Silue. *Hartlip. Luudewicus noſtri.*

Num. XXIII.

Predium juxta Pettenchoven.

V*to rufus de Ratiſpona* acceptis a fratrib9 VII. talentis. tradidit Monaſterio Sancti Georii. predium quale juxta *pettenchouen* quod alio nomine *augia* nuncupatur habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentib9 manibus. quod delegatum eſt in manum N. filii *Sigehardi de Eberſbiunde* eidem cenobio conſervandum & delegandum quocunque Abbas loci & fratres ejus poſtulaverint. Teſtes ſunt. Idem *Sighardus de Ebersbiunde. Friderich de Rorbach. Luituuin niger. Luithuuin Liſtmar & filii ejus Luituuin. Pernolt Tuſcan. Engelbert9 de Cidelarn. Wolfram de Haide. Heinrich Wingebe. Adelbero fili9 danubii. Mazilo de Bruuininge. & filii ejus. Mancinus & frater ejus. Heinrich. & Sigehart.*

Num. XXIV.

Predium in Bruuiningen.

A*lius Vto de Prunnenleitte* acceptis a fratrib9 XXV. talentis tradidit Monaſterio S. Georgii predium quale in ipſo veſtibulo celle in pago videlicet *Bruuiningen* habere viſus eſt, quod delegatum eſt in man9 *Mazilini* de Bruuingen eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes ſunt. *Sigehart de Eberſbiunde.* & ceteri qui ſupra.

N. XXV.

Num. XXV.

Pratum.

Otto & *Richil de Wiſnte* delegaverunt Monaſterio ſancti Georgii pratum quoddam per manum *Ottonis de Wiſnte*. recepta plena & legitima compenſatione de bonis Eccleſie. Teſtes ſunt Couno *Pater ipſi9 Ottonis* qui pratum tradidit. *Hartwic de Ahedorf. Erchenger. Pertolt frater ejus. Babo. Pezelin. Dietmar.* Couno. *Couno. Adelhart. Witimar. Chounrat de Dietbalmeſuuege. Adalhart. Wicman. Counrat. Heinrich. Loudeuuich. Arnolt. III. filii Richilini* qui pratum tradidit. *Adelhart & Richil filius ejus. Sigibert9 de Wiſnte. Rutpert9 de Burgberge. Dieterich. Pertolt. Gozrat de Pfrumbom. Heinrich de Grube. Pernolt* fili9 ejus. *Wernhart. Perihger de Richinbach. Richil* etiam un9 e duob9. quia terci9 filiorum ejus *Heinric9* ſcilicet in abdicanda ejuſdem prati proprietate non aderat. ſecuritatem fecit fratribus promiſſis. V. Talentis ante Nativitatem Domini ſi puer non advenerit perſolvendis.

Num. XXVI.

Predium in Touiſenbrunne.

Luikart uxor *Gotepoldi*. acceptis a fratrib9 X. Talentis & LXX^ta^. denariis Ptedium ſuum in *Tufenbrunne* quod erat in manib9 *Riwini de Manegoltingin* petiit delegari Monaſterio S. Georgii ea conditione. ut ſiqua perſona hoc inde jure ſubtraxerit. XXX^ta^. Talentorum debitores ſint. De filiis quoque ſuis nondum adultis in manum *Friderici de Bourgetor*. & filii ej9 *Heinrici* polliciti ſunt. ut cum primum per ſe loqui potuerint. niſi eos cum voluerint fratres ejuſdem predii proprietatem abdica-

dica-

dicaturos offerant. tantumdem item pecunie monaſterio indubitanter exſoluant. Peticionis & conditionis illiꝰ. utriuſque videlicet rei teſtes ſunt hii. *OTTO Prefectꝰ. Friderich Munt. Iſinricꝰ de Sinzingin.* & filiꝰ ejus *Purchardus. Riwin de Manegoltingin. Engelmar de Wizendorf. Karl. filiꝰ Gozwini. Ditmar ſculticius Adalbero Claffinch. Adalbero de Brunnen. Willihalm de Barbingen. Oudalricꝰ & Pertolt. Friderici* ſervientes. *Adalhart. filiꝰ Gotelinde.* Id ipſum predium delegavit *Riwin* ſicut rogatꝰ fuerat Monaſterio Sancti G. omnino in proprietatem de potentibꝰ manibꝰ. ſuſcepit autem illud *COMES ADALBERTꝰ ejuſdem Monaſterii Advocatꝰ* ſicut jus exigebat. Hujus rei teſtes ſunt. *Hademar de Ahuſen Chadolt de Winzer. Roudiger de Manegoltingen. Geben de Rincheim. Suicher de Berndorf Oudalrich de Mozingin.*

Num. XXVII.

Pratum.

R*oudigerus frater Riwini de Manegoltingen.* acceptis a fratribꝰ XII. ſolidis dedit pratum unum Monaſterio ſancti Georii omnino in proprietatem de potentibꝰ manibꝰ. Hujus rei teſtes ſunt. *Willihalm. & Hartwic de Barbingin. Pertholt de Moſeheim.*

Num. XXVIII.

Tuiſenbrunne.

P*ertholt & uxor ejus Engila de Moſeheim* tradiderunt Monaſterio ſancti Georii predium ſuum in *Tuiſenbrunnen.* recepta plena & legitima compenſatione de Bonis Eccleſie. quod

cum

cum eſſet in manib9 *Willihalmi de Barbingen* delegavit illud *Engelberto* fratri ſuo. eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes ſunt. *Riwin. Roudiger de Manegoltingin. Pertholt & ali9 Pertholt & Gebolf de Moſeheim. Counrat. Pertholt. Hartwich de Barbingen. Erbo de Wilingin & Homo ejus Wolfram. Luithwin Liſtmar. Vto & ali9 Vto fili9 ſororis ej9. & homo ejus Engelbert9 de Scidelar. Luithwin niger. Pernolt Tuſcan. & frater ej9 Oudalrich. Friderich Munt. Wenber. Figilbogo. & fili9 ej9 Heinrich de Gemunde. Heinrich filius Warmuſes.* Perſolvit annuatim X. ſcaphas ſiliginis. X. Avene. tres tritici. III. Ordei. II. Biſe. Talentum. X. Auſeres. & XX. pullos.

Num. XXIX.

Item Tuiſenbrunne.

L*eukart uxor Salmanni* tradidit predium ſuum in *Teufanbrunnen* Monaſterio S. Georgii recepta plena & legitima compenſatione de bonis eccleſie. Quod cum eſſet in manib9 *Willihalmi* de *Barbingin.* delegavit illud *Engelberto* fratri ſuo eidem Monaſterio conſervandum. prius tam ab ipſa quam a marito ejus *Salmanno & Karolo filio Gozwini de Danubio* & fratre ejus *Alberto* & *Engelberto item de Danubio* & *Hartwico* ipſius *Salmanni hoſpite.* hac ſecuritate fratrib9 facta. niſi filios ſuos legitimo in tempore ejuſdem predii proprietatem abdicaturos obtulerint. vel ſiqui illud Monaſterio jure ſubtraxerint. X. Talentorum ſe fore debitores Horum omnium teſtes ſunt. *Riwin de Manegoltingin. Otto in foro. & frater ej9 Ondalrich. Counrat Prepoſit9 de Superiori Monaſterio.* Predicti quoque homines. *Salmannus* ſcilicet. *Karol9 fili9* Gozwini. *Albert9 frater ejus. Engelbert9. Hartwich. Pertholt Hundelo. Roudiger de Pfa-*

O *fen-*

ſenchoven. Baltwin marit9 ſororis ej9. Heinrich de Moſeheim. Albero fili9 Danubii. Heinrich Wingebe. Manzinc & frater ejus Heinrich *de Bruuiningen. Richer.*

Num. XXX.

Nemus juxta Magenchoven.

O*rtolfus de Hohanraine* acceptis a fratrib9 IIII talentis & LX denariis. tradidit Monaſterio. S. Georii nemus *juxta Magenhoven* omnino in proprietatem de potentib9 manibus. ea conditione. ut ſiquis illud Monaſterio jure ſubtraxerit. predium quod bis tantundem valeat. vel X. talenta fratrib9 exſolvat. Hec conditio in manum *Heinrici de Rinrichesdorf* facta eſt. Teſtes ſunt. *Heinricus de Rinrichesdorf. Adalbert9 Prefect9 de Tekendorf.* & homo ejus *Hartuuicus. Gerolt. de Rore. Luipolt de Richeresdorf. Routmar de Suuarza. Oudalrich de Schiltarn. Wigilo de Hohruit. Roupert9 Scutifer predicti Heinrici.* Hujus nemoris proprietatem fili9 *Ortolfi Herimann9* ſuper altare Sancti Georii ſicut jus exigebat penit9 abdicavit. Teſtes hujus abdicationis ſunt hii. *Ortolf Pater Herimanni* & homo ej9 *Wipert9. Dietpoldus. de Chagere. Otto de Moſen. Counrat.*

Num. XXXI.

Pratum in Sclltarn.

I*ſdem Ortolfus* acceptis a fratrib9 trib9 talentis tradidit Monaſterio ſancti Georii pratum unum juxta *Schiltarn* inferi9. omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Teſtes ſunt *Heruuic9. Oudalric9* Strobel. *Gerhalm de Winchilingen. Wezel de Wiſgilburc. Egilolf judex.* item inde. *Poppo de Iſrhoven. Marcuuart*

-muart de Schiltarn. Sigboto frater Gerhalmi de Winchilingen. Willihalm de Rotenmannen. Wicpert9 homo ipſi9 Ortolſi. Eberhardus de Maginchoven.

Num. XXXII.

Totenachere.

A*ſchwinus de Totenachere* tradidit fratrib9 de Ebera predium quale in *Totenachere* habere viſus eſt. ea conditione ut mater ej9 Perhta nomine quoad viveret uſum fructuarium inde caperet. fratres vero de Ebera tradiderunt id ipſum predium fratrib9 de Bruuiningen acceptis ab eis VIII. talentis quod cum delegatum fuiſſet in manum *Oudalrici de Staine*. rogatus a fratrib9 de Ebera delegavit illud ſuper altare ſancti Georii omnino in proprietatem de potentib9 manibus. Teſtes hii ſunt. Idem *Oudalric9 de Staine. Ekkehart* de *Alewigiſhoven. Walther de Tyrinbouch. Wernher de Staine. Roudiger de Winchilſaze. Friderich de Lobeſingin. & filii9 ejus Eberwin.*

Num. XXXIII.

Chugiliſdorf. Chawlſtorff.

W*igman de Culiſdorf* acceptis a fratrib9 VIII. talentis & dimidio. tradidit eidem Monaſterio per manum *Wernheri de Hage* predium ſuum in *Chugiliſdorf*. Teſtes hujus rei ſunt. *Wigman de Ezenberg. Heinrich de Herdegeneſberge. Eberwin de Stolzinberg. Othnant de Chochertal. Othnant de Loſental. Wolfram de Scambach. & gener ej9 Marcuuardus. Oudalric9 ceſar de Tanhuſen. Wernher9 & filii9 ej9 Walchouno. de Hage. Gotpolt de Choſerocheſruit. & filii9 ejus dietericus. Gotpolt & He-*

 rimon

riman fratres filii ſororis predicti Gothpoldi. filiꝰ Luitpoldi de Mindelberg. Haidfolch de Ruith. Oudalrich Straiph. Reginolt de Bulid. Otto de Hembure. Harthwicꝰ frater Wigmanni qui predium dedit. *Gerung de Ezzenberg. Heinricꝰ de Dunnenhoven. Gotſcalch Groſſus Miniſterialis Prefecti.*

Num. XXXIV.

Clagedorf.

Ludewicꝰ de Napurch Miniſterialis *DIEPALDI MARCHIONIS* (*) conſenſu ejuſdem Domini ſui tradidit Monaſterio ſancti Georgii. predium ſuum in *Clagedorf* recepta alia Poſſeſſione de fundis eccleſie ſolvente annis ſingulis ſolidos quinque & inſuper XXIIII. Talentis argenti. Quod Predium *Erchinbertus de Stirn* apud *Voheburg* de manu Marchionis & ejuſdem *Ludewici* ſuſcipiens Ratiſpone coram *Duce Bawarico LIUPALDO.* tradidit ſuper Reliquias S. Georgii omnino in proprietatem de potentibꝰ manibꝰ. Teſtes hujꝰ rei idem ipſi ſunt qui in delegatione predii illiꝰ quod frater noſter *Riuuinꝰ* per manum *OTTONIS Prefecti* apud *Gmunde* tradidit tracti & ſcripti ſunt. *Heinricꝰ* vero de *Tunenhoven* a quo in eodem predio nonnullam contradictionem habuimus. accepto uno argenti talento. quidquid in hoc juris ſibi habere viſꝰ eſt ſuper altare ſancti Georgii penitꝰ abdicavit. Cujus abdicationis omnes illi teſtes ſunt qui & ſupra in delegatione predii quod *Wigmannꝰ de Cugiliſdorf* eidem Monaſterio dedit tracti & ſcripti ſunt. qui & ſupra in delegatione predii quod *Wigmannus de Cugiliſdorf* eidem Monaſterio dedit tracti & ſcripti ſunt.

*) De Vohburg.

Num. XXXV.

Predium in Gmunde.

M*egingoz Canonic9 ſancti Johannis in Ratiſpona* & frater ej9 *Heinricus* acceptis a fratrib9 XV. Talentis. tradiderunt Monaſterio ſancti Georgii predium ſuum in *Gmunde.* Quod cum delegatum fuiſſet in manum *Adalhuni filii Wizilini.* rogatu fratrum delegavit illud *Willihelmo de Barbingin* eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes huj9 rei ſunt. *Roudiger de Manegoltingin. & filî9 fratris ejus Arbo. Baltuuin de Ratiſpona. Adalbertus de Hurlibach. Engilbert9 de Judinbrugge. Burchard9 de Sinzingin. Heinrich de Salhoheten. Pertholt de Moſeheim.*

Num. XXXVI.

Predium in Burringen & Tuifenbrunne.

An. 1140.

P*ernhart* de *Lerinchinvelt* tradidit Monaſterio ſancti Georgii duo predia, unum in *Burringin.* alterum in *Tuifenbrunnen* receptis duobus aliis prediis de fundo ipſius Eccleſie. uno apud *Humboltingin.* altero apud *Crebeztorf.* Et illud quidem quod in *Burringen* ſitum eſt tradidit ſuper Reliquias ſancti Georgii omnino in proprietatem de potentib9 manib9. Quod ſuſcepit *COMES ADALBERT9.* ejuſdem Monaſterii Advocatus. ſicut jus exigebat. Hujus rei teſtes ſunt. *PERTHOLT filî9 ipſi9 Comitis. Chadolt de Winzir. Weringant de Uuoluaha. Suuigere de Perndorf. Gebeno de Ratiſpona filî9 Outonis. Marcher Prepoſit9 Comitis. Wernhart filî9 Ezzonis de Strazchirchin. Eberhart filî9 Sororis predicti Pernhardi. Arnolt de Pfolingin.*

Alterum vero predium quod eſt de *Tuiſenbrunnen* delegavit prefatꝰ *Eberhardus filiꝰ ſororis ejuſdem Pernhardi* rogatu ipſius *Burchardo de Sinzingen* eidem monaſterio conſervandum & delegandum quocunque Abbas loci fratreſque petierint. Teſtes hujus rei ſunt. *Roudigerus de Manegoltingin. Erbo filiꝰ fratris ejꝰ. Adalbertꝰ de Hurlibach. Iſinrich frater ejꝰ. Gebehart de Lerichinvelt. Wolfram de Manegoltingen. Pertholt de Moſeheim. Routpertꝰ de Bunninchoven.* Actum eſt autem primum concambium apud Bogen. in preſentia *COMITIS ADALBERTI.* alterum Ratiſpone. Anno Domini. M. C. XL. Indict. III^{a.} menſe Auguſto.

Num. XXXVII.

Bucha.

Iudita filia fratris noſtri Riuuini de Manegoltingen predium ſuum apud *Bucha* ſitum tradidit Monaſterio ſancti Georgii. datiſque inſuper VII^{tem}. Talentis argenti recepit in jus legitime commutationis aliud predium apud *Mozingen* ſitum. Predium autem ſuum cum eſſet in manu *Adalberti* cognomento *Chaſbizze* delegari fecit in manum *Willihelmi de Barbingen* eidem Monaſterio conſervandum. Hujꝰ rei teſtes ſunt. *Roudigerꝰ de Manegoltingen. Pernhart de Lerichinvelt. Megingoz de Sunichingen. Otto de Mozingen maritꝰ ejuſdem Juditte. Fridericꝰ de Burgetore. Ortlip filiꝰ ſupra dicti Adalberti. Luituuin de Outeltheim. Wolfram de Manegoltingin. Eppo item inde. Siboto de Trubelingen. Counradꝰ de Haimſacher. Counradꝰ de Barbingen. Heinrich de Mozingen. Heinrich homo predicti Adelberti. Siboto de Arnſtain. Waltman item homo Adalberti.*

N. XXXVIII.

Num. XXXVIIJ.

Predium in Helmenchoven.

A*dalbertꝰ de Helmenchoven* acceptis a fratribꝰ X. Talentis tradidit Monaſterio ſancti Georgii predium ſuum quale in eodem loco habere viſus eſt, eo uidelicet pacto ut ipſe quoad vivat uſum fructuarium inde capiat. ſed annis ſingulis cenſum LX denariorum ad altare ſancti Georgii perſolvat. quod ſi vel uno neglexerit anno. de cetero predium ipſum in poteſtate fratrum libere permanebit. delegatum autem fuit predium in manum *Burchardi filii Wolframmi de Haide.* ſed rogante *Adalberto Burchardꝰ* delegavit illud *Gumpoldo de Ratiſpona* eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes hujus rei ſunt. *Roudigerꝰ de Manegoltingen. & filiꝰ fratris ejꝰ Erbo. Friderich de Rorbach. Liutwin Liſtmar. Liutwin niger. Outo Scazfliſe. Wolfram de Haide. & Burchardus filiꝰ ejus. Haidfolch filiꝰ predicti Gumpoldi. Heinricꝰ de Haimſachere. Pertholt de Moſeheim.* & *Heinricꝰ item inde. Heinricꝰ Wingebe. Wolfram de Manegoltingen.*

Num. XXXIX.

Predium in Adelricheſvelde.

R*adboto de Liupoldiſtain* dedit Monaſterio ſancti Georgii predium ſuum in *Adelrichiſvelden.* recipiens in jus legitime commutationis aliud predium de fundis ipſiꝰ eccleſie quod dicitur *Sewe.* Predium autem in *Alrichiſuelde.* ſuſcepit *EILBERTꝰ Babenbergenſis Epiſcopus.* & *GEBEHARDUS COMES* ſuper altare ſancti Georii eidem Eccleſie conſervandum. Hujꝰ vero commutationis teſtes ſunt hii. *GEBEHARDꝰ COMES. Pertholt de*

Suuar-

Suuarcinburc Wignant de Uuolueſbach. Hartuuich fili9 Popponis de Tennilberch. Ezzo Pincerna. Gundeloch de Babenberg. ARNOLT FRATER Epiſcopi Babenbergenſis. Willihalm de Minginhuſen. Roudolf & Gotpolt frater ejus de Oſterhoven. Otto de Haninbach. & Otto fili9 ſororis ejus. Sigehart de Attingen. Gotpolt de Choſerochesruit. Diepolt de Chamberdorf. Wernhart de Flinſbach. Mazilo Coci Epiſcopi. *Counrad9 Camerari9* eius. *Arnolt miniſterialis* GEBEHARDI COMITIS.

Num. XL.

Pratum juxta Hembur in Hunoldeshutte.

Heinric9 & filii ejus de Richwiniſruith* pratum quoddam juxta *Hembur* in loco qui *Hunoldeshutte* dicitur ſitum quo a Babbenbergenſi Epiſcopo inbeneficiati fuerant abdicarunt. & verſa vice manſum unum ad Silvam Epiſcopi (*) pertinentem ab eo in Beneficium acceperunt. Hoc pratum tradidit *OTTO* predictus *Babenbergenſis Epiſcopus* Monaſterio ſancti Georgii perpetuo poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt. *Wernherus de Hage. Wicman de Ezinberge. Gotpolt de Choſerocheſruith. Otnant de Loſental. Otto de Hembur. Otnant de Chochertal. Wolfram de Zudinruith. Eberhart de Stain. Gundeloch de Babenberg. Starchen de Muzendorf.* Gotpolt *de Oſterhoven. Counradus Camerarius.*

*) *Laubhart* dictam, olim latius patentem.

Num. XLI.

Predium in Machenberg.

Othnant de Chochertal* acceptis a fratrib9 tribus talentis, predium ſuum quod in *Machenberg* habere viſ9 eſt. monaſterio

ſto beati Georgii delegavit. & primam quidem partem que ſui juris fuerat per ſe obtulit. alteram vero ejuſdem predii portionem a fratre ſuo & terciam nichilominꝰ a ſorore ſua talentis ſingulis comparavit atque hoc modo collectum totum predium prefato monaſterio ſine ulla cujuſquam contradictione contradidit. Hujus rei teſtes ſunt hii. *Golpolt. de Choſerocheſruit & filiꝰ ejus Dietricus. Riuuin de Munginhouen. Othnant de Loſental. Wigman de Ezinberg & filiꝰ ejus Counrat. Wernher de Hage. & filiꝰ ejus Walchun. Wolfram de Scambach. Otto de Hembur.*

Num. XLII.

Pratum in Bacheſurſprinch.

Iſdem *Otnandus* acceptis a fratribꝰ tribꝰ talentis pratum in *Bacheſurſbrinch* ſitum quo a Babbenbergenſi Epiſcopo inbeneficiatꝰ fuerat abdicavit. eo videlicet pacto. ut daret illud *OTTO Babbenbergenſis Epiſcopꝰ* Monaſterio. S. Georgii. Quod tradidit idem Epiſcopꝰ prefato Monaſterio perpetuo poſſidendum. Teſtes hujꝰ rei ſunt. *Starcher de Muzindorf. Gotebolt de Oſterhoven. Gundeloch de Babbenberg. Ezzo Pincerna, Counradus Eberhart de Stain. Wulfram de Zudinruith.*

Num. XLIII.

Pratum juxta Hembur.

Wigman de Ezzinberge acceptis a fratribꝰ XII. talentis pratum quoddam juxta *Hembur.* ſitum quo a Babenbergenſi Epiſcopo *OTTONE* inbeneficiatus fuerat una cum *filiis ſuis*

Cöunrado & Adalberto abdicavit verſa vice molendinum unum apud *Stegen* a predictis fratribꝯ in beneficium accepit. & pratum illud in poteſtatem Monaſterii dari conſenſit. Quod tradidit predictus Babenbergenſis Epiſcopus eidem Monaſterio perpetuo poſſidendum. Teſtes ſunt hii. *Starcher de Muzindorf. Hademar de Dornbach. Gotpolt de Oſterhoven. Arnolt frater Hartlibi. Cunrat Camerariꝯ. Gotpolt de Choſerochesruith & filiꝯ ejus Tietricus.*

Num. XLIV.

Tunzilingen.

Wernherus Canonicus filius Baltuuini de Ratiſpona acceptis a fratribꝯ XVII. Talentis tradidit Monaſterio ſancti Georgii predium ſuum in *Tunzilingen.* Quod cum delegatum fuiſſet in manu *Ottonis de Sunichingen.* rogante *Wernhero* delegauit illud *Willehelmo de Barbingen* prefato Monaſterio conſervandum. Teſtes ſunt hii. *Burchardus de Sinzingin. Baltuuin avunculꝯ ejꝯ. Heinricus de Buikhelm. Engelbertꝯ de Judinbrugge.* & *filiꝯ ejus Pernolt. Otto in foro. & frater ejꝯ Oudalricꝯ. Oudalricꝯ de Superiori Monaſterio. Vuluin de Sinzingen. Fidericꝯ Pellifex. Goteſcalchus paganꝯ frater Heinrici de Salhoberten. Roudiger filiꝯ Merigardis.*

Num. XLV.

Bucha.

Dietmar de Bodingen & uxor ejꝯ acceptis à fratribꝯ X. talentis & predio *Raffoldeſtorf* dicto. tradidit Monaſterio S. Georgii predium ſuum quale in *Boucha* ſitum. Quod cum dele-

lega-

legatum eſſet in manu *Chounonis de Rota*.. rogante *Dietmaro* delegavit illud *Pŏpponi de Geltoluingen*. eidem Monaſterio conſervandum. Teſtes huj9 rei ſunt hii. *Roudiger de Manegoltingen. Counrath de Moutenaha.* & *frater ejus. Nizo. Roudiger de Rota.* & *Dieteric9 frater ejus. Albert9 frater predicti Counonis. Hartwic de Ahedorf. Frideric9 de Cidelai. Gumpolt de Itinshoven. Dietmar de Bodingen.* qui predium dedit.

Num. XLVI.

Contradictio Dietmari in predio Totnacher diſſoluta.

Contradictionem quam a *Diethmaro de Totenacher* in predio quod a fratre ej9 *Reginhardo* nobis traditum fuit habuim9. datis ei. VIIII. ſolidis ac preſentis anni frugib9 in eodem predio jam metendis omnino diſſolvim9. teſtes hujus rei ſunt hii. *Oudalricus de Staine. Fridericus de Lobeſingen. Counradus de Totenacher frater Dietmari. & filii ejus Counrad9. Karl de Mandilkirche. Ekkehart de Aluuigishoven. Marchuuart. & Wolſherus de Staine.*

Num. XLVII.

Predium in Sigeboldeslate.

Sigefridus Miniſterialis *HEINRICI COMITIS*. per manum ſuam & per manum domini ſui Comitis tradidit Monaſterio. S. Georgii predium in *Sigeboldeſslate*. recipiens in jus legitime commutationis predium in *Oſterndorf* ſitum. de fundis ipſi9 eccleſie. Teſtes hujus rei ſunt hii. *HEINRIC9 COMES DE RITENBURCH. Adalbert9 de Brunnen. Heinric9 de Tunnehoven.* & *fili9 ejus Heinricus* Gotpolt *de Choſerochesruith.* & *fili9 ejus*

Dietericus. Roudigerus de Huxindorf. Poppo de Daſholren Friderič9 de Rouden. Riwinus de Perhartſdorf. Gozpertus de Tomenkuſen. Oudalric9 de Harland. Frideric9 & Diether9. Wernherus de Hage. Oudalric9 Fulan. Mazilo de Pruuiningen.

Num. XLVIII.

Agrum & II°. prata.

W*ernher9 de Hage* tradidit Monaſterio ſancti Georgii agrum apud *Hembour* ſitum. & duo prata in *Egilſe* & *Engilricheſwinchel* ſita. recipiens in commutationem manſum apud *Wolmuteſdorf* de bonis ipſi9 Eccleſie.

Num. XLIX.

IIIa. Prata.

O*tnant de Loufentale* tradidit Monaſterio ſancti Georgii. tria prata in *Oungeirowenpirche* ſita. recipiens a fratrib9 in jus legitime commutationis manſum unum in Wolmoutesdorf.

Num. L.

Pratum in Hunolteshutte.

Tres fratres *Heinricus. Wolfram9. Haitfolch.* acceptis a fratrib9. IIII. talentis & dimidio. tradiderunt Monaſterio. S. Georgii. pratum in *Hounolteshutte* ſitum.

Num. LI.

Arneſt.

G*otpolt de Choſrochesruite.* tradidit Monaſterio. S. G. manſum unum in *Marniſte* ſitum. recipiens a fratrib9 per gratum concambium alium manſum apud *Jzenwart*.

N. LII.

Num. LII.

Manſus In Pilchelberc.

Idem Gotpoldus acceptis a fratribꝰ. IIII. talentis tradidit Monaſterio. S. G. manſum unum in *Pilchelberch* ſitum.

Num. LIII.

Pratum in Izenwart.

Counradꝰ de Oſterperch acceptis a fratribus V. Talentis tradidit Monaſterio ſancti Georgii. pratum in *Izenuuart* ſitum.

Num. LIV.

Houba in Chochertale.

Adalbero de Tunbrunnen tradidit Monaſterio S. Georgii manſum unum apud *Chochertal* ſitum recipiens a fratribꝰ pro commutatione alium manſum in *Pellendorf.*

Num. LV.

Ratiſpone Houeſtat.

Ortlib filiꝰ Adalberti cognomento *Chaſbiz* de Ratiſpona. acceptis a fratribꝰ XXIII. Talentis. tradidit Monaſterio. S. Georii Caſale quale in eadem urbe habere viſus eſt omnino in proprietatem de potentibꝰ manibꝰ. quod cum delegatum fuiſſet in manu *Baltwini de Ratiſpona.* petente *Ortlibo* delegavit illud item *Baltwin* in manum *Rudigeri filii Meregardis* eidem cenobio conſervandum & delegandum quocunque Abbas loci ejuſque fratres poſtulaverint. Hujꝰ rei teſtes ſunt. *Karolꝰ & Heri-*

bort

bort fratres prediĉti Roudigeri. Gumpolt de Ratiſpona. Engelbertus de Judinbrugge. Adalbert9 croſſus. Perhtolt in colle. Gumpolt item in colle. Karolus prope danubium. Dieterich de Choſgocheſruith. Otnant de Loſentale. Heinrich homo Baltwini. Gumprekt. Martini filius. Johannes inter latinos. Heinrich Warmutis fili9. Gotſcalch de Ratiſpona. Manzing & filius ejus Hartwich de Bruuining.

Num. LVI.

Predium in Novlandeſtorf. Nalenſtorff.

V*olcholt & Heinric9 fratres de Niwenburch* acceptis a fratrib9 XXX. Talentis tradiderunt Monaſterio S. Georgii predium quod ſitum eſt in *Novlandeſtorf.* Quod cum eſſet in manu *Megenhardi filii Pertholdi de Miwenburch.* petentib9 ſupradictis fratrib9 ſcilicet *Volcholdo* & *Heinrico.* delegavit illud idem *Megenhardus* in manu *Pertholdi Patris ſui* eidem cenobio conſervandum & delegandum quocunque Abbas loci & fratres petierint. Teſtes huj9 rei ſunt. *Volcholt & Heinrich* ſupradicti. *Wimar Homo Perhtoldi. Immo frater Sigehardi de Vronowe. Wernhart de Wentilchirchen. Wernhart de Erlingin. Poppo de Geltoluingin. Poppo de Hartingin. Hartwich item inde. Purchart de Niwenchirchen Megengoz de Brugge. Riwin de Nitenowe.*

Num. LVII.

Predium in Tverlingen. Stegenhof.

E*berhart de Scorgaſte* acceptis a fratrib9 XL. talentis & carrada vini. tradidit Monaſterio S. G. predium quale in *Tverlingin* habere viſ9 eſt. Cujus uxor cum filiis ſuis *Diemone &*

Ade-

Adelolte. in manu viri ſui apud *Caſtel* abdicavit ſe ab omni jure ejuſdem predii. Cujus abdicationis teſtes ſunt. *Diemo de Alrſbach. Adeluolch. filiꝰ ſororis ejus. Rapot de Hembur.* quod videlicet predium ſuſcepit de manu predicti *Eberhardi Irmfridus de Swarcenvelt* conſervandum eidem Monaſterio & delegandum quocunque Abbas & fratres petierint. Cujꝰ rei teſtes ſunt. *Diemo & Adelolt & Eberhart filii prefati Eberhardi* & ipſe *Eberhart. Adalbero de Hunricheſtorf. Gotſcalch de Hainenchoven. Chadolt de Sunebrehteſdorf. Roupertus Wolf. Sigehart & alter Sigehart. & Oudalrich de Eberſbiunde. Luitwin Liſtmar & filiꝰ ejus. L. Roudiger. Herbort. Karolꝰ fratres. filii Meregardis.* His rite peractis. *Adelolt* predicti *Eberhardi filius* juramento firmavit ſe infra VIII. annos juniorem fratrem ſuum & ſororem ſuam abdicare facere ab omni jure & proprietate ejuſdem predii.

Num. LVIII.

Predium in Hirſedorf.

Eberhart de Haſenruite & Dieterich de Brunne acceptis a fratribꝰ XI Talentis & Dimidio tradiderunt Monaſterio. S. Georgii predium quod in *Hirſedorf* habere viſi ſunt. Quod cum delegatum eſſet in manu *Megengozi de Friderichesruite* tradidit illud predictis viris rogantibus ejdem Monaſterio omnino in proprietatem de potentibꝰ manibꝰ. Teſtes ſunt. hi. *Friderich de Exzinberg. Eberhart & Diterich predicti. Eberhart de Eberhartesruite. Walthero de Tukendorf.*

Num. LIX.

Predium in Bruviningin.

Judita quedam de *Bruuiningen* tradidit Monaſterio ſancti Georgii per manum *Willihalmi de Minegenhuſen* predium ſuum

quale

quale in eodem loco habere viſa eſt, recipiens in jus legitime commutationis aliud qredium de fundis ipſi9 Eccleſie quod ſitum eſt in *Haſelbach*, & inſuper talentum unum. Teſtes ſunt hii. — — — — —

Num. LX.

Vinea.

Fratres de Bruneningen XIII. talentis emerunt vineam a filiis *Ortwini de Engilpoldesſtraze*. que cum delegata eſſet in manu *Outonis*. tradidit eam in man9 *Mahtonis de Minigenhuſen*. eidem Monaſterio conſervandam. Teſtes ſunt idem *Outo*. *Walt de Outilingin*. *Chriſtian9 de Harlungen*. *Wirnt de Hagabach*. *Wezil Sahſo*. *Gotfrit*. *de* Reitenbuch *Alben de Brunedorf*. *Heinricus Wingebe Ortwin Ortwini fili9* a quo vineam accepimus.

Num. LXI.

Iſinrich de Annendorf acceptis a fratrib9 XVII. Talentis predium quale in *Ozzingen* habere viſus eſt, tradidit per manum conjugis ſue ac filii ſui in man9 *PERHTOLDI COMITIS*. Monaſterio S. Georgii conſervandum & delegandum quocunque Abbas & fratres petierint. *Teſtes* ſunt *RAPOTO COMES DE ORTENBERG*. *Babo de Zollingen*. *Adalbero de Hunricheſdorf*. & fili9 ejus *Hartwic*. & frater *Adalbero*. *Chadolt de Sunbrehteſdorf*. *Eppo de Bornchoven*. *Hartpreht de Aheim*. *Wergant & Engelſcalch de Rumitingin*. *Wernher de Wenegeſtorf*. *Gotſcalch de Hemichoven*. Gotpolt *de Oſterhoven*. *Hartlib de Winzere*. *Eppo de Herigoltingin*. *Eberhart de Aneumaliſtorf*. *Gerhoch de Fremericheſbergè*. *Marchwart Ramhart*. *Hartwic Roitte*. & ipſe *Iſinrich* qui dedit predium.

N. LXII.

Num. LXII.

Partem de Agris Lobſingin.

A*ltmannus Parrochianus de Lobeſingen* tradidit Monaſterio ſancti Georgii partem quandam de agris Eccleſie ſue. recipiens in jus legitime commutationis de bonis Monaſterii agrum in eodem loco ſitum. & inſuper partem decimarum noſtrarum ipſe ſuique ſucceſſores poſſident.

Num. LXIII.

Predium Bruuiningen.

F*ridericꝰ de Bruuininge filiꝰ Oudalſcalchi* acceptis a fratribus XXV. Talentis tradidit Monaſterio S. Georgii predium ſuum quale in eodem loco habere viſus eſt. Quod cum eſſet in manu *Liupoldi Diab.* de Ratiſpona. petente *Friderico* delegavit illud *Liupoldus. Popponi de Bruuiningen* eidem Monaſterio conſervandum & delegandum quocunque fratres petierint. Ipſe autem *Fridericꝰ* Jure jurando affirmabat. quod pro ſua petitione idem predium delegari jure poſſet quocunque ſibi placeret. ſic & *Liupoldꝰ* jurabat quantum ad ſe pertinet. ipſam predii traditionem legitime conſtare poſſe. Teſtes hujꝰ rei ſunt. *Fridericus Prepoſitus de Hovelin. Ortlib & Baltwin. de Ratiſpona. Heinricꝰ de Haſſenacher. Oudalricꝰ de Pentelingen. Heinrich Gilzpyr. Carolꝰ prope danubium. Adalhart Tuſcani frater. Wernhart uuatmanger. Megenhart Puchhache. Hartwic Baltwini homo. Luitwin pellifex. Liupolt* qui ſupra. *Fridericꝰ* ipſe cujꝰ erat predium. *Oudalricꝰ homo Ortlib. Gebolf* de *Barbingen Adelgoz de Sierchingen.*

Num. LXIV.

Noſcant univerſi preſentes & futuri. fratres Pruuiningenſes. obtinuiſſe decimas quas habuit. *Liubricus de Peiſingin.* quo volente & rogante *Perngerꝰ.* Abbas. S. Emmerami. conſenſu fratrum ſuorum fratribꝰ Pruuiningenſibꝰ ipſas decimas conceſſit poſſidendas eodem jure quo ipſe Heres poſſederat ante datis XV. Talentis. & VI. ſolidis. VII. Talentis *Liubrico.* qui reſignavit. VIII. Abbati qui habere permiſit. VI. ſolidis *Gumponi. & Chunrado.* fratribꝰ predicti *Liubrici.* qui conſenſerunt. Hujus itaque beneficii hereditarii eſt reditus feſto. S. Martini. ſolvendꝰ. ſcilicet clauſtralis menſure XXXIIII^or^. modii. X. & VIII. ſiguli. XII. avene. IIII^or^. Tritici. C. L. Caſci. vel totidem nummi. Igitur hec apud poſteros inconuulſa. indiſciſſa rata & firma permaneant. niſi juſte & legitime mutuationis concambium fiat. Teſtes ſunt. *Otto. & filiꝰ ejꝰ Albertꝰ. Marquardꝰ de Tingin. Walwan. & frater ejus Pernhardꝰ. & Salmannus de Wihs. Rudigerꝰ & Rudigerꝰ & Gotfridꝰ de Lengenvelt. Liupman. de Gebirchin. Fridericꝰ. & Pertoldus ſervi* Abbatum. *Meinhardꝰ de Purrign. Mehtfridur* famulus noſter. *Wernhardus. Liubricus. Gumpo. Chunradus. Engilſalchus. de Piſign. Liutwinꝰ de Obirdorf.*

Num. LXV.

De Izenruit.

Vlricus de Waeſzingin. *& uxor ejus Irmgardis.* acceptis XXXV. Talentis à fratribꝰ Pruvingenſibꝰ abdicaverunt *Izinruit.* Teſtes ſunt. *Arbo de Stouph. & filiꝰ ejus Erbo. Hartpertꝰ de Aheim. Karl Thelonearꝰ Gozwinus Dives. Luitwing*

Hai-

Haider. Fridericus mit dem Munde. Reginboto Advocatus. Marquardus uon dem niun Marct. Pertolt de Mozzingin. Heinricus & Sigboto de Fronouue. Chunradus uillicus de Nitenouue & frater ejus *Heinricus Gelpſrat de Tiſpach. Meingoz de Frideisruit. Hartnit de Sparwaerſpach. Haenrich de Frantenhuſen. Chounrat de Nuinchirchen. Gervvicus & Aſcwin9 frater ejus de Nuinchirchin. Oualſcalch9 de Heinrichiſruit. Gebhart de Izenruit. Chounrat de Tuifental. Volcmar. Gumpert9 Eggebert9 de Prugge. Willihalmus de Pfaeter.*

Num. LXVI.

De Predio Adlheidis in Pruvingin.

A*delheit filia Hartwici de Pruuiningin.* predium ſuum quod in eadem villa poſſederat. omnib9 heredib9 ſuis decedentib9. ipſa ſola ſuperſtes. acceptis a magiſtro dom9 elemoſinarie pruuiningin. XXVII. Talentis de manib9 potentibus per legatarium ipſi9 predii *Sigehardum de Helmchoven.* delegavit in manus *Routperti Chaergl.* Monaſterio S. Georii conſervandum. rogante Abbate Pruuiningenſe. Teſtes ſunt *Karl Thelonearius Oualrich prepoſit9. frater Rudperti Kaergl. Rouger de Sounching. Grimoldus de Stouf. Roudolf Rouzer. & fili9 ejus Ernſt. Hartwicus de Radtendorf. Heinrich de Eglofsheim. Poppo de Tuifnprunne. Chunradus de Ginsvelt. Pertolt ſervus Thelonearii. Heinric9 de Helmchoven. Oualric9 Homo Oualrici prepoſiti. Gotſalcus der Franc. Heinric9 de Gozratiſperch.* Ipſe *Sigehart de Helmchouen. Oualric9 Homo Oualrici Prepoſiti. Gotſalcus miles Roudperti Chargl. Heholt de Cholnbah. Pertolt Struz Homo Abbatis.* Acta ſunt Ratiſpone in domo *Karl Thelonearii.*

Num. LXVII.

De X agris Engelſalcho & uxori ejus Perhte & filio ejus Ulrico ad terminum vite eorum conceſſis.

In nomine Domini Amen. *Rudgerus* Abbas & Conventꝰ Sancti Georgii in Pruveningen. omnibꝰ preſentem paginam inſpecturis ſalutem in eo qui eſt vera ſalus Quorum notitia in plures annos eſt neceſſaria bonum eſt & utile ut eorum memoria ſervanda litteris & teſtibꝰ commendetur. Notum ſit igitur futuris & preſentibꝰ quod in Capitulo ſive Conventu noſtro de communi conſenſu omnium noſtrum. *Engelſalcho Eccleſiaſtico Majoris Eccleſie Ratiſponenſis. & uxori ſue Perhte.* & *filio utriuſque Vlrico.* X. agros hoſpitali noſtro adtinentes conceſſimus ab ipſis quamdiu uixerint poſſidendos. ſub cenſu. XXX. denariorum annuatim hoſpitali noſtro in feſto beati Georgii ſolvendorum. ipſis vero decedentibꝰ Eccleſia libere eo jure quo & ante detinuit predictos agros rehabebit. Si vero *Engelſalchꝰ* primo inter tres predictas perſonas deceſſerit. relique due perſone predictos agros equaliter ſi voluerint inter ſe divident. cenſum prelibatum pruvenigenſi Eccleſie in predicto termino perſolventes. Nos quoque auctores ipſorum agrorum erimꝰ. pro jam dictis tribꝰ perſonis. coram quolibet judicio ſtantes. ſi forſe ſuper eiſdem agris ab aliquo impetantur. ut ergo noſtra conceſſio illis tribꝰ Perſonis rata permaneat. & nulla litis calumpnia ſuper predictis oriri valeat. in eorum memoriam & confirmationem preſentem paginam conſcriptam. Sigillorum noſtrorum appoſitione dignum duximꝰ roborare. Teſtes. *Diatricꝰ Prior. Wolfricꝰ. Fridricꝰ Wernherꝰ. Nordianꝰ. Albertꝰ. Pruno. Fridricus Monachi. Engelpreht Eccleſiaſticꝰ Ratiſbonenſis Eccleſie. Rudger eccleſiaſticꝰ*

ſticꝰ mäjoris barrochie. Vlricus in Latano & filiꝰ ejus Vlricꝰ. & Vlricꝰ inſtitor. Luipoldꝰ & Heinricꝰ calciatores. Engelpertꝰ ſeruꝰ mitis. Gebolfꝰ Agricola. Magiſter Siboto.

Num. LXVIII.

Gerolvingen.

Apud curiam *FRIDERICI Imperatoris Loupke* celebratam factum eſt concambium prediorum *Gerolvingen* & *Hardi* Monaſterio Proveniensi pertinencium. cum duobus regiis manſis ad jus *HEINRICI Ducis Baioarie* & *Saxonie* pertinentibus qui *ſiti* ſunt in territorio Ratiſponenſi. & inſuper cum agris quibusdam in litore Danubii ſitis ex adverſo ville *Kalchwincer* dicte concambium hoc ſub aſſenſu & conivencia prenominati Ducis ab Imperatore confirmatum eſt. Itaque manſus illi & agri traditi ſunt in manus *FRIDERICI Palatini* delegandi quo *EBERHARDUS. Domnus Babenbergenſis* vel *WOLFHERUS frater ejus Procurator rerum Babenbergenſis Epiſcopii* vice ipſius poſtulaſſent. Teſtes ſunt C*OMES PERCHTOLDUS DE ANDEHS. OTTO SENIOR PALATINUS. PERHTOLDUS MARCHIO DE VOHBURCH. COMES GERHARDUS DE TOLLENSTAIN. COMES RAPOTO DE ARTNPERC. ENGELBERTUS HALLEGRAVE. COMES OTTO DE VALEI Eberhart de Frikendorf Roupertus Lupus. Gotfridus de Arnſperch. Perchtolt de Tumprunne. Heinricꝰ de Altendorf. Meinhart de Parchſtain. Alram de Outendorf. Albertus de Kampe. Wernherus de Gibſtorf. Heinricus de Wida. Liupolt de Grindela. Otnant de Eſchinowe. Purchart de Menige. Regil de Otrichshuſen. Oudalricus & Fridericus de Saleha. Oudalricus Heinricus de Widenwanch. Engelſcalch de Tollenſtain.*

Interjectis deinde aliquot diebus petente *FRATRE WOLFHERO* vice *Domni Babenbergenſis* ipſo preſente *FRIDE-*

DERICUS PALATINUS delegavit predictos manſus & agros ſuper altare S. Georgii in Monaſterio provenienſi. Teſtes ſunt *Wolfſtrigl de Sandolhuſen. Marquart de Grunhartshoven Vdalricus de Chelhaim. Wimar de Hohenhaim. Wernhart de Ichenhofen. Counradus de Pairprunne. Counradus de Solar. Sifrit Koupvel. de Wartenperch. Meinhart de Hergoltſhuſen. Herman de Piburch* ſervus Abbatis.

Num. LXIX.

Haſelbach.

Predium noſtrum in *Haſelbach* ſitum dedimus in commutationem *Chounigunt* femine de Bruviningen. recipientes ab ea illud quod ipſa in vado danubii cum agris adjacentibus habere viſa eſt. Sed quia poſtea viſum eſt ei quod minus a nobis accepiſſet quam res polceret. ut querellam quam contra nos movebat compeſceremus. X. & VIII. Solidos. & vaccam fetam tradidimus. ſicque ipſa cum viro ſuo & duabus filiabus ſuis abdicabant omne jus proprietatis in eodem predio pro quo contendebant. Teſtes hujus rei ſunt. *Fridericus Prefectus. HEINRICUS COMES FRATER EIUS. PERNHARDUS DE WOLFESHOVEN Luitwinus Liſtmar. Oudalricus Chargele. Hartwicus. Routpertus fratres ejus. Erbo de Manegolting. Gumpolt. frater ejus. Gotfrit Poechil Pragere Goswing. Gotfridus de Rorbach. Pridericus Michelſperge. Haitfolch. Giltſbyr. Perhtolt Rouge Waize, Wernhart de Bruuiningen. Luitwinus filius Ortlybi.*

N. LXX.

Num. LXX.

Predium in Meuzenback.

Notum facimus cunctis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris qualiter *Megenhardus de Niuvenburch* acceptis a fratribus CXXX. talentis tradidit Monaſterio Sancti Georgii Predium quale in *Meuzenbach* habere viſus eſt cum nemore quod adjacet circa *Haſelbach.* omnino in proprietatem de potentibus manibus. Ceterum de bonis noſtris que tanto precio comparavimus. & hereditario jure poſſedimus. orta eſt contentio inter nos & *fratres de Waltſahſen.* Qui dum noſtram poſſeſſionem faterentur prius ſibi traditam. & nos e contrario bona Eccleſie noſtre collata ſoli habere cuperemus. hac contentione pulſatus *Megenhardus* ingrediens in ipſa predia partem hereditatis quam nobis delegaverat preſentibus Abbatibus. *ERBONE* videlicet Bruviningenſe. & *Daniele de Waltſahſen* ejuſque fratribus, ſcilicet *Chunone. Perhardo. Pernoldo. Erneſt. & Heinrico.* ceteriſque fratribus. ab illorum bonis diſcrevit. ſicque illis abdicationem facientibus de bonis noſtris. controverſie finis inponitur. ac diſſidentium fratrum mentes ad concordiam pacis revocantur. Teſtes horum ſunt hii. *Megenhardus de Niuuenburch. Routpertus Wolf. Pernhart de hartnideſhove. Tagino Prepoſitus de Plaiche. Rudiger de Tuifenbach. Pilgrim de Plaiche. Tegenhart de Plaiche MERBOT de Rechart. Dietpolt de Gutenberc. Rudiger de Chalinruite. Wolfram de Bach. Herman de Niuuenburc. Helmrich item inde. & Permut inde. Rudiger Prepoſitus Megenhardi. Wolfram de Suante.* & *Marchwart item inde. Purchart de Heſelbach. Ermrich. Chunrat. Perhtolt. Suzman. Marchwart omnes de Heſelbach. Techan. Struz de Clagdorf. Hezila. Luizman.*

man. Heinricus Rutpertus. Sigbot de Gekelbach Wolf Prepoſitus Palatini. Pernger Prepoſitus Ducis. De Waltenhove Hunbrecht. Heinricus. Ortwin. Luiziman. Heinricus.

Num. LXXI.

Annedorf.

I*ſinricus. Iſinrici filius. de Annedorf.* acceptis X. talentis. ipſum predium *Annedorf.* abdicavit. in manus *ALBERTI COMITIS DE BOGEN.* ea videlicet condicione. ſi forte aliquando ipſe filius *Iſinrici.* predictum predium *Annedorf* redemerit. redditis. C. & X. talentis fratribus Pruviningenſibus. poſtea jam dictus *Iſinricus. Iſinrici filius.* ſi ſine herede deceſſerit. prefatum predium *Annedorf.* ad S. Georium Bruuiningin pertinebit. Teſtes hujus rei ſunt. *Chunrat de Ahuſen. Perhtolt de Hennechoven. Hugo de Sunbrehteſdorf. Gerloh de Framlericheſperge. Erbo de Erpfencelle. Roudolf de Horginbach: Fridericus de Strazechirchen. Hiltebolt de Ozzingen. Vlricus de Albenchoven. Perhtolt de Naternberge. Meingoz de Ozzingen. Rudigerus de Niwenchirchen. Vlricus de Eglolfeſheim. Rudigerus de purringen. Rudolfus & Dietricus fratres. & Geroldus de Empfenchoven. Heinricus & Ortwinus de Richerſdorf. Hartwicus de Haſelbach. Poppo & Perhtoldus de Riede.* Acta ſunt hæc in villa *Mœnnedorf.*

Num. LXXII.

Annedorf.

Fratres Bruuiningenſes. X. talenta dederunt *Iſinrico filio Iſinrici.* de *Annedorf.* pro abdicatione ejusdem predii *Annedorf.* tali condicione. ſi non redemerit ipſum predium. infra na-

talem

talem Domini & Paſcha. quocunque alio anni tempore ipſe *Iſinricus* fratribus Bruviningenſibus. CX. talenta perſolverit. reditus ejusdem predii *Annedorf* preſenti anno Bruviningenſibus contingent. Acta ſunt hec Ratiſpone. in domo *Friderici mit dem Munde.* pi Rouzineſpurgitor. Hujus rei teſtes ſunt *Albertus & Luitwinus fratres an der Heide. Gozwin uf Rouzineſpurgitor. Fridericus mit dem Munde. Marquart Hanſgrave. Wernhart de Bruvininge. Herbort de Prukke. Rudiger de Purringen. Wernherus cognatus Alberti & Lutwini an der Haide. Erneſt miles ipſorum. Gebhart miles ipſius Iſinrici. Lutwin in dem Ziegelhuſe* & *Rudigerus filius ejus.*

Num. LXXIII.

G r o u b e.

C*hadoldus de Gislinge* acceptis IIII. tuor talentis a fratribus Bruviningen. cum juramento abdicavit Groube quod pertinet ad S. Georium Bruviningin. Acta Ratiſpone in domo *Alberti & Luitwini fratrum an der Haide.* Teſtes ſunt. *Vlricus de Heileſperge. Wernhardus miles ejus. Albertus & Luitwinus an der Haide. Karolus Zolnare. Vlricus* Kargil *& frater ejus Hartwicus. Gozwinus uf Rouzineſpurgitor. Rudolfus Rouzare. Rudiger de Grazze. Vlricus de Ode. Wernherus Gropir. Wernher. Cognatus Alberti & Luitwini an der Haiede. Erneſto Hiltprant.* homines ipſorum. *Rudiger filius Luitwini in dem Zigelhuſe.*

Item abdicaverunt *Groube* fratres ipſius *Chadoldi de Gislinge. Willehalm. Altmannus Clericus.* Acta Ratiſpone. in domo *Gumpoldi an der Haide.* Teſtes ſunt. *Gozwinus uf Rouzineſpurgitor Waldo & frater ejus Gerwicus* Homines ipſius. *Vlricus in der Groube. Marquart Prepoſitus de Nidermunſter.*

Heinricus de Prunne. Roupertus de Pfafchoven. Heinricus ſororius Gozwini. Rudiger de Lengenvelt. Raker homo Gumpoldi. Luitwinus in Zigelhuſe. Rudiger filius ejus. Mahtfrit ſerviens noſter.

Item abdicavit *Groube* jam dicti *Chadoldi* ſoror vxor *Sighardi de Helmchoven.* Acta ibidem. Teſtes ſunt. *Sighardus* ipſe. de *Helmchoven. Heinricus frater ejus. Chunrat filius Gebolfi. & alius Chunradus de Moſhaim. Kadolt de Gislingin. Roupertus de Pfafchoven. Poppo de Tiufenbrunne. Perhtolt & Mahtfrit* ſervi noſtri.

Item abdicavit *Groube* preſati *Chadoldi altera ſoror uxor Rouperti de Cheveringen* acta ibidem. Teſtes ſunt. *Chadolt frater ejus. Roupertus Maritus ejus. Rupertus de Pfafchoven Ortwinus calcifex de Cheveringen. Perhtolt & Mahtfrit* ſervientes noſtri.

Item abdicavit *Groube Fridericus der Oſterman.* Acta Ratiſpone. in eccleſia veteris Capelle. Teſtes ſunt. *Chadolt de Gislingen. Wimar de Hohenheim. Deinhart de Plaiche. Fridericus de Nitenawe. Fridericus de Ezzenberge. & filius ejus Fridericus. Roupertus de Pfafchoven. Heinricus de Prunne. Gotfrit & Chunrat de Prunnelaite. Perhtolt de Gerolvingen.*

Num. LXXIV.

Bouche.

Mutuatione facta prius agrorum *Pouche.* ita ut pro ſingulis jugeribus. redderentur duo jugera *Aholvingen* que hodie poſſident heredes *Rouperti.* datis inſuper tribus talentis *filiis Roudolfi. fratris ejusdem Rouperti.* Poſtea *Hartwicus de Moutenah,* cum duabus filiabus predicti *Rouperti Giſila & Mahthilt*

thilt. acceptis. V. talentis a fratribus Bruuiningen. abdicaverunt. ante mutuata *Pouche*. in manus Legatarii ejuſdem. ſcilicet *Ottonis de Wahſenperg*. Teſtes ſunt. *Hartwicus de Moutenah. Gethardus Heinricus. Hartwicus. Albertus Liupolt*. omnes de *Sconenaiche. Erkenbertus Chouno. Pernolt*. omnes de *Wiſendorf. Rudiger de Icha. Perhtolt de Wiſentvelde. Vlricus. Rudiger. Baltram*. omnes de *Mozzingen. Gotſchalcus. Wernhardus. Giſilbertus*. omnes de *Harde. Wernher de Cidelaren. Vlricus de Gemunde. Mahtfrit Chunrat* ſervientes noſtri.

Num. LXXV.

A w e.

Pernhardus de Lerchenvelt. accepto Talento. a fratribus Bruiningen. abdicavit pratum. & feni ſecundi participationem. Avve. Teſtes ſunt. *Arnolt. Perhtolt. de Lerchenvelt. Mahtfrit* ſervus noſter.

Num. LXXVI.

P r u c g e d o r f.

Wernhardus de Starcholdshoven. accepto a fratribus pruninignenſibus equo. empto. LX. denariis minus duobus Talentis. cum juramento abdicavit *Prucgedorf*. Teſtes ſunt *Sigehardus Parrochianus. Fridericus. Oulricus. de Lobeſingen. Eberhardus Clericus HEINRICI Prepoſiti Ratiſpone. Chonradus de Mandichingen. Chonradus. Otto. de Huſen*.

Num. LXXVII.

C r u c e p o u h e l.

Eppo de Ebermouteſdorf. cum duobus *filiis. Oudelrico. Alberto*. predium ſuum *Crucepouhel*. vendiderunt fratribus Bru-

Bruviningen. pro XXX. III. Talentis. & LX. denariis. conſervandum. ipſis Bruuiningenſibus. per manum *Wichnandi de Haſelpach*. Teſtes ſunt. Ipſe *Eppo*. *Oulricus*. *Albertus*. *filii ejus*. *Arnolt*. *de Ebermouteſdorf*. *Wichnant*. *Marquart Perhtolt*. *Sibot*. *Hartwicus*. *de Haſelbach*. *Ernſt*. *Ratiſponenſis*. *filius Roudolfi Rouzares*. *Roudiger filius Liutwini in Cigelhuſe*. *Perhtolt* ſervus noſter.

Num. LXXVIII.

De vineis Oberdorf.

L*OUDEWICUS DUX BAWARIE*. & *Patruus ejus*. *OTTO PALATINUS* (*Junior*) Tres vineas *Oberdorf*. cum appendiciis agrorum reſignaverunt *OTTONI Epiſcopo Babenbergenſi*. fratribus Bruuiningenſibus. in proprios uſus. accipientes ab ipſis. Dux videlicet LXXXX. Palatinus. LXXXV. Talenta. Acta Ratiſpone in Palatio ejuſdem Babenbergenſis. Confirmationis hujus teſtes ſunt. *OTTO* Babenbergenſis. *OTTO* Friſingenſis. Epiſcopi. *LOUDEWICUS Dux Bawarie*. *OTTO Palatinus*. *PERHTOLT MARCHIO DE ANDEHSE*. *DIETRICUS COMES DE WAZERBOURCH*. *CHUNRADUS COMES DE MOSBURCH*. *Purchart de Steine*. *Wernher de Laber*. *Ratolt de Reinprehteſdorf*. *Chalho Chalhoh*. *de Chirhperch*. *Vlricus*. *de Pentlingen*. *Heinricus Saligezchint de Friſinge*. *Diepolt de Scrovenhuſen*. *Ekkebertus de Talmaizingen*. *Perhtolt de Avekkingen*. *Walchum*. *&* *frater ejus Wernher*. *de Hage*.

Num. LXXIX.

De Beneficio Wernhardi ville Pruvingin.

W*ernhardus*. & *frater ejus Heinricus*. beneficium ſuum hereditarium. Bruviningen. reſignaverunt fratribus Bruviningen-

ningenſibus. acceptis. XX. Talentis & uno. abdicantes totius querimonie controverſiam Teſtes ſunt. *Wernhart. Roudiger. Pernolt. Pernhart. Heinricus. Roudolf.* omnes de *Bruviningen. Counrat Wincleir Pertolt Meinwart. Eberhart.* ſervi noſtri. *Hartwich Belch. Paldwin* Piſtor. *Pertoit Munz.*

Num. LXXX.

De Predio ville Pruuiningen.

Sigbardus *Parrochianus de S. Emmeramo.* beneficium ſuum hereditarium. Bruviningen. reſignavit *Oudelrico Prepoſito Epiſcopi Ratiſponenſis* fratribus Bruviningenſibus poſſidendum. eodem jure quo ipſe heres poſſederat ante. ceteris coheredibus conſentientibus. acceptis. XL. Talentis. Teſtes ſunt. *Vdelricus Kargil. & frater ejus Hartwicus. Manzinch. de Wimptingen. Megengoz. de Ratiſpona. Pernolt. Sororius Parrochiani. Liutwin. in Cigelhus.* & filius ejus *Roudger.*

Num. LXXXI.

De Predio Ville Pruvininge.

An. 1189.

In nomine Sanƈte & individue Trinitatis *CHUNRADUS* Dei Gratia Ratiſponenſis eccleſie Epiſcopus. Quoniam officii noſtri ſollicitudo exigit. ſervorum Dei utilitatibus providere. debemus pro cautela circumſpeƈtionis. opitulando eis conſulere in temporalibus. quatenus ſuffragantibus meritis. & interceſſionibus ipſorum. efficiamur conſortes in celeſtibus. Volumus itaque venire ad noticiam univerſorum. modernorum & poſterorum. *Baldwino* Venerabili Abbati Bruviningenſi. & fratribus ejus.

ejus. ab Epiſcopio Ratiſponenſi juſto & legitimo concambio. qualiter traditum eſt predium quinque ſolidorum juxta ripam Danubii. in villa Bruviningin. per manum *Ottonis de Rehberch.* Advocati ſancti Petri. Proinde ipſi Provenienſes viciſſim tradiderunt beato Petro Predium *Ekkolvingin* ad talentum. per manum advocati ſui *ADLBERTI COMITIS DE BOGEN.* Addiderunt preterea L. Talenta. Dederant etiam prius pro eodem alia. XL. II. Talenta *Sighardo Parrochiano S. Emmerammi* qui poſſidens jure hereditario predictum predium. reſignavit. & abdicavit. cum ceteris coheredibus ſuis. Conductus quidem navigii in portu Bruvingenſi. ad Epiſcopum Ratiſponenſem pertinentibus. ſicut prius. ita & nunc. & deinceps. ſine precio commodetur. ſcilicet prompte & ſine dilatione pateat & concedatur. Igitur hec mutuationis cauſa terminata eſt & confirmata. Canonicorum Conſilio. Miniſterialibus conſentientibus. inſuper etiam conteſtantibus, ac fideli aſtipulatione. jure jurando affirmantibus. eſtimationem ſue partis potiorem. longeque meliorem. vt autem hec inpoſterum. apud Epiſcopos ſucceſſores noſtros. rata & inconvulſa. permaneant & perſeverent. & ne quiſquam de cetero hereditatis occaſione. fratres provenienſes aliquatenus infeſtare preſumat. preſentem inde cartam conſcribi. atque ſigilli noſtri auctoritate premuniri providimus. Teſtes ſunt. *Heinricus major prepoſitus. Rapoto Decanus. Vlricus plebanus. Eglolfus S. Johannis prepoſitus. Beletus Magiſter. Rougerus. Pertoldus de Her . . . Wernhardus. Fridericus freno. Herbort Zolner Fridericus Cellerarius veteris Capelle. Oulricus & Heinricus. Capellani Domni Epiſcopi. Wernher. plebanus. S. Emmerami. Oulricus. Sibenma . . . ADLBERTUS COMES DE BOGEN. CHUNRADUS COMES DE DORNBERCH Adlbertus & Walchun. de Chanberch. Pernhardus de Moſh . . . Sighardus de*

Eberb

Eberb . . . Heinricus & Hartwicus de Fronowe. Gozwinus dives. Adlbertus de Outt . . . Adlbertus de Suzemb . . . Karolus Ratiſponenſis. Vlricus & Roupertus Kergel Adlbertus & Liutwinus Heid . . . Hartwicus de Lie . . . . Adlhardus de Sa . . . . Walther de *Valkenſtein.* (*) Actum Anno ab incarnatione Domini M. CLXXXVIIII.

(*) Videtur hoc tantum eſſe protocollum ex quo deinceps formatum eſt Diploma.

Num. LXXXII.

De Predio Tiginn.

H*einricus Kamber Sororius* (*) *Wilhalmi de Tunzilingin.* acceptis. IIIIor. talentis & dimidio a fratribus Pruvinigenſibus abdicavit predium in *Tiginn.* quod avunculus ſuus predictus Wilhalmus tradidit per manum *Marquardi de Tiginn* Monaſtario S. Georii Pruviningin. pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. Teſtes ſunt *ALTMANNUS COMES. Ratoldus de Reinprethſdorf. Goteſachus de Hanchoven. Fridericus de Folfershoven. Chounradus dc Liuvinſdorf. Sighardus de Egloſſshaim. Gotfridus de Untirpentligin. Otto Strigil. Ekbertus de Gebelnchoven. Fridericus de Obirnmounſtir. Ekbertus de Ekmoul. Poppo de Geltolvingin. Herbordus de Lirndorf. Adlbertus de Gingin. Irmfridus de Vknpiunt. Heinricus Kamber. Heinricus de Aſcoltſhuſen. Karolus & Helmwicus fratres de Smittshuſen. Oulricus Chounradus. Vichman. Ekcolf de Schirlingin. Wernhardus de Heilſperg. Heinricus de Toutenhoven. Richker de Mezzingin. Marquardus de Tiginn.*

Soror etiam prefati *Heinrici Kambers.* abdicavit predium idem in *Tigin.* Teſtes ſunt, *Albertus & frater ejus Otto. de*

Ti-

Tigin. Marquardus & frater ejus Walwan. Chounradus Anzigel de Tunzilingin. Kamber Heinricus. Otto. Pernger. Sighart Eppo. Albertus. Oulricus Kelſo. Roudger de Tuncilingin, Rougerus. Salman. Meingoz. de Leginvelt.

Num. LXXXIII.

De Vinea Oberdorf.

In Nomine Sancte & individue Trinitatis. *OTTO* Dei gratia Sancte Babenbergenſis Ecclesie Epiſcopus. Agnoſcant cuncti preſentes atque futuri. qualiter *Oulricus de Pentlingen.* acceptis L. Talentis a fratribus Pruvingenſibus vineam *Oberdorf* reſignavit *CHOUNRADO COMITI DE MOSBURCH.* Item Comes reſignavit *LUDWICO DUCI BAUVARIE.* Itidem Dux reſignavit mihi. Ego vero per manum *OTTONIS PALATINI.* tradidi Monaſterio. S. Georgii. Pruviningin. Teſtes ſunt *PERTOLDUS DUX DE MERAN. LUDWICUS DUX BAWARIE. OTTO PALATINUS. ALBERTꝰ COMES DE POGEN. FRIDERICUS QUONDAM PALATINUS. Hugo de Geginberch. Ratoldus de Kagir. Oulricus de Scrovenhoven. Gotfridus de Ratiſpona. Heinricus de Werde. Ekbertus de Ekinmul. Helmbertus de Rotinbach. Ainwicus de Buehpach. Eberhardus de Tanhuſen.*

Num. LXXXIV.

De Predio Ville Pruviningin.

M*ergardis Vxor Oulrici Sibenmans.* acceptis VI. Talentis. predium ſuum quale habuit in villa *Pruviningin.* per manum *Rouperti Kargil,* tradidit S. Georio & fratribus Pruviningin.

gin. filiis & filiabus ſuis preſentibus & abdicantibus. Teſtes ſunt. *Karolus Zolner. Roupertus Kargil. Meingoz de Rain. Haim. Hartwicus Camerarius. Rougerus Prager. Pernolt Sibenman. Hagino. Wernherus homines Kargil. Herdegen Rouger. filius Haimonis. Vto. Pertolt.* ſervus noſter.

Num. LXXXV.

Decimae in Magenchoven.

Decimas predii noſtri in *Magenchoven* quas *Chadoltde Sunebrehtesdorf* & *filii ejus Hugo & Heinricus* in beneficium ab *Ekkeberto* acceperant. nos in uſum Monaſterii noſtri transferre cupientes. datis muneribus ad eſtimationem quatuordecim talentorum ab eis recepimus. Sed ipſi poſtea mutato animo cum parvi penderent ea que illis pro commutatione decimarum oblata ſunt. eo quod majorem utilitatem in decimis ſe habere putarent. eaſdem decimas in uſum ſuum retrahebant. ſed quia nobis non erat pigrum pro bonis eccleſie noſtre retinendis laborare. rurſum datis quatuordecim talentis.* pactum cum illis tribus ſtuduimus firmare ut decimas noſtras ſine contradictione deinceps nobis poſſidere liceret. Unde factum eſt ut in placito Advocati noſtri *DE BOGEN* predicti fratres *Hugo & Heinricus* cum Patre ſuo *Chadolto* eaſdem dicimas in manus advocati abdicarent. & nobis redderent. hac conditione ut quamdiu ex illis tribus jam dictis vel unus ſuperſtes fuerit. noſtro Monaſterio ſine ulla controverſia decime ipſe ſervirent. Statutum eſt etiam eodem pacto & firmatum ne aliquis ex illis tribus alicui ex filiis ſuis vel nepotibus vel ulli unquam hominum eaſdem decimas in beneficium concedere debeat. Preterea de Miniſterialibus quidam Advocati comitis noſtri quorum nomi-

na hec ſunt. *Oudalricus de Albenchoven frater Epponis. Dietricus de Franchenriede. Hartwicus Rant. Rudolfus & Heinricus frater ejus de Hurinbach* vades ſe nobis obtulerunt. promittentes in fide, quod coram Epiſcopo. coram duce. atque Palatino pro nobis ſtare parati ſint contra omnes qui in parte decimarum noſtrarum jura noſtra violare temptaverint. Quod ſi pactum hoc irritum fecerint. & decime noſtre ab aliquo diſtracte fuerint. unuſquiſque illorum V. Miniſterialium quinque nobis talenta dabit. ſicque viginti quinque talenta Monaſterio *noſtro* perſolventur. Teſtes hujus pactionis iſti ſunt. *Abbas Chounradus de Altha. Gerbertus Abbas de Metine. Abbas Gebehardus de Windeberge. ALBERTUS COMES DE BOGEN. Megengoz de Chalmberch Arnoldus de Swarza. Karlo de Franchenride. & fratres ejus Heinricus & Dietricus. Heinricus de Tekinowe. Pertoldus de Chirchdorf. Prepoſitus. Heinricus de Leichlingen. Heinricus* cognomento *Wilde. Oudalricus de Albenchoven. Pernhart de Lerchinvelt. Sigfridus de Naternberch. Rudigerus cognomento Nagil. Fridericus Oſterman. Hartwicus. Rudolfus. de Naternberch. Hougo & Heinricus de Sunebrehteſdorf. Gozpolt de Empichoven. Marquart de Riſe. Heinricus de Hurinbach. Gotſcalch Camerari9. de Metine. Gnanno nauta de Metine. Albero Sturm.*

Num. LXXXVI.

Grub.

Contradictionem quam a *Rapotone de Wezelſberge* in predio quod eſt in *Grube* habuimus legitime diſſolutam eſſe ſcripto indicamus. Longo namque tempore contradictio eadem habita eſt. tamdiu videlicet donec *COMES BERTHOLDUS DE BOGEN advocatus* Monaſterii. in cujus manu eſt idem predium

dele-

delegatum coram *OTTONE COMITE* pro eodem predio reſponderet. in quo neminem aliquid juris preter fratres de Bruuiningen habere manifeſta ratione probavit. Itaque *Rapoto* judiciario ordine coactꝰ eſt abdicare omnem quam in illo predio habere volebat proprietatem cui etiam predictus *OTTO COMES* ſub conſtitutione banni ſecundum juſtitiam legum interminatus eſt ne vel ipſe vel aliquis eorum qui ſub ſua ditione ſunt pro eodem predio ulterius queſtionem moveat. Acta ſunt hec in loco qui dicitur *Regilismaize. ubi pretoria ſedes OTTONIS* COMITIS *habetur:* Teſtes horum que dicta ſunt hii ſunt. *BERTOLDUS COMES DE BOGEN. OTTO COMES. DE STEUENE* (*) *Routpertꝰ Wolf de Bocheſberg. Rapot de Pielſtain. Roudolf de Menna. FRATER BERTOLDI COMITIS. Chadolt de Sounebrehteſdorf. Adalbertus de Hovedorf. Babo de Pfalen. Babo de Suente. Counrat de Satelbogen. Nizo de Raitenbuch. Fridericus de Rorbach. Magenſe* Miniſterialis. *Marchwart de Churnberch Libart de Denchilingen. Wirnt de Hahebach. Gotpolt de Menna. Eppo de Vrſepach. Roudiger de Stalbogen. Hartwic de Rismanniſdorf. Adalbertꝰ de Chalbenberc. Rahwin de Mitterdorf.*

*) Stevening.

Num. LXXXVII.

Noulandeſtorf.

Volcholt & *Heinricus fratres de Niwenburch.* acceptis a fratribus XXX. talentis tradiderunt Monaſterio S. Georgii Predium ſuum quale in *Noulandeſtorf* habere viſi ſunt.

Num. LXXXVIII.

Abbas *Erbo* Bruuiningenſis & Prepoſitus ejus conceſſerunt *Wernhardo* de Bruuiningen predium in *Ekkolvingin* ea conditione. ut ſingulis annis inde talentum ad cenſum perſolvat. & inſuper illud beneficium in vado denubii quod prius habebat. illi traditum eſt. ut omnibus annis inde cenſum trium ſolidorum reddat. ſtatutum eſt autem ut cenſum ſingulis annis in vigilia Theophanie reddat. Quod ſi non fecerit. illud beneficium *jure* amittere debeat. & edificia que in predio invenit vel que ipſe in eo poſtea conſtruxit. ſimul reddat. ſciens quod utrumque beneficium non hereditario Jure. ſed tamquam cenſualis Juris debitor accepit. Teſtes hujus rei ſunt. *Gozwinus de Rouzineſburgetor* & *Patrus ejus Pernolt. Baltwinus Nepos foris urbem. Megengoz de Raine. Routpertus Nebger. Willihalm de Scirlingen. Immo de Ekholuingin. Wernhart* predictus qui beneficium ipſum accepit.

Num. LXXXIX.

De Predio apud Dechpeten.

Vidua *Wichardi de Hutte* acceptis a fratribus XL. talentis tradidit monaſterio ſancti Georgii predium quod ſitum eſt apud villam *Dehpeten.* Quod cum eſſet in manu *Taginonis de Peteringin* & *ſenioris filii Adalhardi* jam dicte vidue. tradiderunt illud fide in manu *Haitfolchi in Haida de Ratiſpona* conſervandum Monaſterio ſancti Georgii. Teſtes hujus rei ſunt. *Erbo ſculticius Heinricus. Rapoto. Ingram* homines ſui. *Ortlib* cum ſuis. *Oudalricus de Zaizenchoven.* & *Heinricus frater ejus. Counradus. Oulricus. Gotſcalcus* homines *Ortlieb. Mahto de Minigin-*

niginhuſen. Karl & Herbort patruus ejus Dietmar de Sunchingin. Oulricus Chergil *& Roupertus frater ejus. Fridericus cum ore. Gozwinus. Pernoldus Patrug ejus. Baltwing Nepos. Albero de Sinzing.*

Poſtquam ergo idem predium emptum eſt XL talentis. rogatus eſt a nobis jam dictus *Haitfolc* in cujus manu eſt predium, ut poneret illud Monaſterio juxſta eſtimationem ſuam pro C. talentis. Quod ob id factum eſt. ut ſi contradictio aliqua poſtmodum de eodem predio fieret. aut emptio que XL. talentis facta eſt confirmaretur. aut C. talenta Monaſterio redderentur.

Num. XC.

In fundo Monaſterii Sancti Georgii qui ſitus eſt in *Brugge* iam diu contradictionem habuimus a duabg mulieribus ab *uxore Volcholdi.* & ab *uxore Chuonradi.* que contradictio datis a fratribus X ſolidis ſoluta eſt. Teſtes ſunt *Heinricus de Fronowe. Marchwart de Urbach. Gotfrit de Rorbach & frater ejg Bruno. Fridericus de Friderícheſruite. Purchart & frater ejus Chounrat. Geruuicus & frater ejus Aſchwinus. de Niuenchirchen. Roupertus de Niuuenchirchen. Rapot & Immo de Jahenruitę. Fridericus de Richenbach. Degenhart de Plaich. Roudiger de Tuiphenpach.*

Num. XCI.

De Agris tribus.

P*ernoldus de Bruuiningen* acceptis a nobis VI. Talentis & V. ſolidis, tradidit Monaſterio S. Georgii ad elemoſinariam de-

domum tres agros, quos delegavit in manus *Popponis de Bruuiningen*, ad conſervandum Monaſterio S. G. Et hec acta ſunt antequam iſdem *Pernoldus* conjugi ſue vel futuris heredibꝰ ſuis ullum hereditarium jus in eiſdem agris conceſſiſſet, quos omnino ab eis alienavit, hac interpoſita conditione, ut ſi quis de poſteris ejus ad eum pertinentibus aliquid ſibi contra jus ex his agris vendicare preſumpſerit, X. talenta monaſterio perſolvat. Teſtes horum ſunt. *Marchwart & filiꝰ ejus Wernhart. Poppo & filius ejus Heinricus. Mazilo & ipſe Pernoldus* jam dictꝰ de Bruuininge. *Wichfrit. de Winzere & filius ejus. Chounrat nauta. Oudalricus & filius ejus Heinricus, Eberwinus. Routpertus & Chounrat* ſervientes Hoſpitali.

Num. XCII.

P*ernoldus de Bruuiningen & uxor ejus* acceptis ab *Eberhardo Elemoſinario* XII. ſolidis tradidit Monaſterio Sancti Georgii agrum quem delegavit in manus *Marchwardi de Bruuiningen*. Idem autem *Pernoldus* affirmavit filios ſuos abdicaturos eundem agroum producere, cum ad etatem congruam pervenerint. Teſtes hujus rei ſunt. Idem *Pernoldus Nauta & alius Pernoldus miles. Marchwardus, & filius ejus Wernhardus. Heinricus de Wizzingen. Trutman de Sinzingen. Chounrat nauta. Perlinb, nauta, Ercheuger, Adalbreth molendinarius Eppo.*

Num. XCIII.

De Agro.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam modernis qualiter *HEINRICUS PREFECTUS Ratiſponenſis* agrum

rum juxta cellam noſtram ſitum quo ipſe a Duce Baunarico inbeneficiatus erat. Monaſterio ſancti Georgii tradiderit. Idem autem beneficium ſingulis annis dimidium talentum de reditibus ſuis ſolvit. quod Abbas & fratres dato in legitimam recompenſationem. predio in *Helmchoven*. quod VI. ſolidos annuatim perſolvit. in jus Monaſterii ſui tranſſuderunt. Et quia eadem poſſeſſio ad jus regni pertinebat. *FRIDERICꝰ Imperator* datis ex parte ſua litteris ſignatis. aſſenſum bone voluntatis huic concambio adhibuit. Vnde Advocatꝰ Eccleſie noſtre idem beneficium manibus *HEINRICI DUCIS BAUUARIE ET SAXONIE* ut jus exigebat tradidit. Dux vero illud ſuper altare S. Georgii delegavit omnino in proprietatem de potentibus manibus. Hujus rei teſtes ſunt. *HEINRICUS DUX BAUUARIE ET SAXONIE* qui & tradidit. *HEINRICꝰ Prefectꝰ Ratiſponenſis. Adalgoz Advocatꝰ Auguſtenſis. Oudalricꝰ de Staine & filiꝰ ejus Burchardus. Routpertus Uuolf de Gekkelbach. Eberwin de Lobeſingen. Dietmar de Totenaker. Pertolt de Toumbrunne. Wernhere de Labere.* Hii omnes liberi. *Heinricus de Wida. Luipolt de Churlibach. & frater ejus Heinricus. Otto de Hagenhule. Giſelbreht de Ouningen. & frater ejus Wicpoto. Baltwin de Ratiſpona. Mahto gener ejꝰ. Roudigerus cauſidicus. & filiꝰ ejus Karolus. Luitwin de Grazze Fridericꝰ brevis. Luipolt ad danubium. Otnant de Louſentale.*

CO-

CODEX TRADITIONUM.

PARS V.

Plenarium. Miſſales libri. Bibliothece in VII. voluminibus diviſe.

Libri Matutinales. Antiphonaria. Officialia. Breviaria. Gradualia. Pſalteria. Paſſionalia in quibus continentur CXXV paſſiones. Libri Omeliarum per circulum tocius anni. Libri Sermonum.

Gregorius ſuper Ezechielem. VII Partes Moralium. Dialogus ejuſdem. & liber Sancti Laurentii de duobus temporibus. Epiſtole quoque S. Jeronimi. & omelia Johannis Chriſoſtomi de ſuperſcriptione Lmi pſalmi. & altera de eodem pſalmo. Sermo quoque ejuſdem de penitentia. & decreta Sanctorum Patrum Gregorii ac Bonifacii de libertate Monachorum in uno volumine. Paſtoralis cura.

Ambroſii. Liber de iniciandis myſteriis & de Sacramentis & de exhortatione viduarum & virginum & perpetua virginitate in uno volumine. Item de bono mortis. Item de Virginibus in libro paſſionali virginum. & in eodem liber Sancti Jeronimi de Lapſu Virginis. Item liber de Officiis. Item de jejunio & vita ipſius. & Paſſio Sancti Euſebii Vercellenſis.

Auguſtinus ſuper Johannem Omelie LXX in duo volumina diſpertitus. Item ſuper epiſtolam Johannis Tractatus X de Caritate. Item de Civitate Dei in duob9 voluminib9 libri XXII.

XXII. Item ſuper ſſ. quinquaginta in quatuor voluminib9 diviſus. Liber ejuſdem de Sermone Domini in monte habito. Item liber Confeſſionum libri XIII. & Altercatio Athanaſii Epiſcopi cum Arrio heretico. Auguſtinus ad Matrem. Item de fide ad Petrum. Contra V. hereſes. Item contra Fauſtum & contra Parmenianum. Auguſtinus de Conſenſu IIII. Evangeliſtarum. Auguſtin9 Retractationum. Auguſtinus contra Achademicos. Auguſtinus contra Parmenianum. Auguſtin9 contra V. hereſes. Auguſtinus contra Manicheos. Auguſtinus de Agone Chriſtiano.

Hii ſunt Sancti Jeronimi Preſbyteri. Liber Epiſtolarum. *Epiſtola. I.* ad Theſiphontem. Dialogus Attici idem Jeronimi. & Cretoboli idem Pelagii libelli tres. Liber ejuſdem contra Helvidium de Sancte Marie Virginitate. Epiſtola Epiphanii Epiſcopi ad Johannem Conſtantinopolitanum epiſcopum a berato Jeronimo translata. Item Epiſtola ſancti Jeronimi ad Avitum in qua ea que in libris Periarchon contra Catholicam ſunt pandit. Item liber ſancti Jeronimi ad Pamachium de optimo genere interpretandi. Item epiſtola conſolatoria S. Jeronimi ad Paulam de dormitione Bleſille filie ejus. Item Epiſtola ejuſdem ad Euſtachium de vita ſanctimonialium vel Monachorum. Auguſtin9 ad Paulinam de viſione Dei. Item Jeronimns ad Vigilantium Preſbyterum in quo blaſphemias ejus arguit. Item liber S. Jeronimi contra Rufinum. & multe alie epiſtole ejuſdem in uno volumine. Item ſuper VI. Prophetas. Item Sermones LVIII. de Pſalmis. Item ſuper Cantica Canticorum XII. Omelie. & Epiſtola Albini de Sexagenario Reginarum & Octogenario Concubinarum numero. & queſtiones ejuſdem in geneſim ad litteram per interrogationes & reſponſiones. Item Jeronimus contra Jovinianum. Item Jeronimus ſuper Danielem. & in Eccleſiaſten.

in uno volumine. Item Jeronimus ſuper Jeremiam. Item Jeronimus de Hebraicis queſtionibus. & Eucherius de interpretationibus plerorumque latinorum nominum. in eodem volumine.

Hii ſunt Libri Venerabilis Bede Presbiteri. Beda ſuper Lucam. Item ſuper Marcum. & Jeronimus ſuper quatuor Evangeliſtas ſecundum Anagogen in eodem Volumine. Item ſuper actus Apoſtolorum. & vita. S. Wolfgangi. & S. Corbiniani Epiſcoporum in uno volumine.

Super VII. Canonicas epiſtolas & de Tabernaculo in uno volumine. item de Temporibus.

Origenes ſuper Cantica Canticorum & Roupertus ſuper eadem in uno volumine. Item Omelie ſuper Geneſim & Exodum & Leviticum in uno Volumine. Item ſuper Numerum. & Jeſu Nave. & Judicum. in uno volumine. Liber Didimi de Spiritu Sancto. Vita. S. Gregorii Nazanzeni Epiſcopi. & de quodam Theophilo. & Sermones Ceſarii & Yſidori Epiſcoporum.

Hii ſunt Libri Domni Heimonis. Heimo ſuper Apoſtolum. in duobus Voluminibus. item ſuper Apocalypſin. Super Cantica Canticorum. & vita Symeonis Monachi. & excerpta de libro Paſchaſii de Sacramentis Corporis & Sanguinis Chriſti.

Rabanus ſuper Matheum. Item ſuper Cantica Prophetarum ſeptimanaria. & Expoſitio Sancti Cypriani Epiſcopi ſuper Dominicam Orationem. & Sermones Gregorii Nazanzeni. & vita Willihelmi Abbatis in uno Volumine.

Item de Sacramentis.

Inſtituta Patrum. Collationes Patrum. in duobus Voluminibus. Vita Patrum. Item libellus excerptus de Vita Patrum.

Effrem

Effrem & Omelie Ceſarii Epiſcopi. Libellus Auperti de Conflictu viciorum. Liber qui pretitulatur formula vite honeſte edit9 a quodam Martino Epiſcopo. ad Mironem Regem. Rabanus ſuper L. Regum.

Liber Smaragdi qui dicitur diadema monachorum. in uno volumine. Liber Scintillarum. Regula Baſilii. Regula Bachumii. Synonima Yſidori. cum aliis Regulis ſanctorum Patrum in uno volumine.

Liber Anſhelmi qui dicitur. cur Deus homo. & Tractatus de *Veritate*. Libellus de Caſu diaboli. Liber de Conceptu Virginali. & de Originali peccato. Liber de Proceſſione Sancti Spirit9 contra Grecos. Epiſtola ejuſdem ad Waleramnum Epiſcopum de diſſenſione Grecorum in Sacrificio. in uno volumine conſcripta.

Yſidorus de Officiis. Item ſuper vetus Teſtamentum. item libellus excerptus de libro ethimologiarum ejuſdem.

Hii Libri Domni Routperti Abbatis. Routpertus ſuper Geneſim libri novem. Item ſuper Exodum Libri & Leviticum Libri in uno volumine. Item ſuper Numerum libri duo. ſuper Deuteronomium libri duo. Item explanatio in librum Joſue. Item explanatio in Librum. Judicum. Item in Routh. in uno Volumine. Tractatus ejuſdem in Evangelio Johannis libri XIIII. Item ſuper Apocalypſim Johannis libri XII. Item de Gloria & Honore Filii Hominis ſecundum Evangelium Mathei. Item ex libris Regum de glorioſo Rege David. V. libri. Item ſuper Majores Prophetas & de novo Teſtamento. Item ſuper librum Regum libri VIIII. Item de Proceſſione ſpiritus Sancti Libri VIIII. & libellus ejuſdem de meditatione mortis, quem preventus morte

 per-

perficere non potuit. Item de opere ſpiritus Sancti Libri VIIII. Item Dialogus Chriſtiani & judei de Sacramentis fidei quem Anulum nuncupavit. Libri. III. Jeronimus de Viris Illuſtribus. Gloſe ſuper Cantica Canticorum. Epiſtola Leonis Noni Pape. Epiſtola quoque Domni Brunonis. in qua generaliter omnibus fidelibus & Catholicis univerſis loquitur de ſtatu Ecclesie. de Symoniaca hereſi. & de his qui a Symoniacis ordinati ſunt. Item libellus ejuſdem editus ad Magalonenſem Epiſcopum de Sacramentis Ecclesie que in dedicatione celebrantur. in eodem volumine. Item Routpertus de Divinis Officiis partes due. Item de Victoria Verbi Dei Libri XII.

Quadripartitum Pſalterium.

Decreta Pontificum.

Cronica Froutolfi.

Bernhardus de precepto & diſpenſatione Liber. I. Item de XII. gradibus Humilitatis Liber. I. in eodem volumine. Item de Sacramentis.

Vita Beatorum Pontificum. Sylveſtri. Baſilii. Hilarii. Remigii. Martini. Nicolai. in uno volumine.

Compotus Alberici & Wierammi.

Yſaias Gloſatus.

Gloſarius & Alfabetum in uno volumine.

Liber Honorii Incluſi de imagine mundi.

Liber Conſuetudinum.

Item Libellus qui intitulatur agnitio vite. Item libellus prognoſticon.

Hugo de Sacramentis. Item Hugo de mundi creatione. & de tabernaculo. de operibus trium dierum. & in Ecclesiaſten libri VIIII. in uno volumine.

Petri

Petri Damiani liber qui appellatur gratiſſimus, & Epiſtola ejuſdem in uno volumine.

Meditationes Anſhelmi.

Willehalmus de Phyloſophia.

Matheus. Johannes. Apoſtolus. Apocalypſis. H. Cantica Canticorum. Auguſtinus ſuper quatuor Evangelia. per interrogationes & reſponſiones. Auguſtinus contra V. hereſes. Dialogus Gregorii. Elucidarium. Expoſitio dominicalium Evangeliorum brevis & utilis. Gloſe parabolarum. Eccleſiaſtes. Item in eodem liber Anſhelmi de conceptu Virginali. & Originali peccato. & alie Sanctorum Sententie. & Gloſe Canticorum. & apocalypſis. & item alie Sententie. hec omnia ſimul in uno volumine. Collectiones Canonum Ivonis Epiſcopi. Item Epiſtole Ivonis & ſermones de Feſtivitatib9 in alio volumine.

Duo Pſalteria. Liber Ymnorum. Libellus ſequentiarum. Officiale.

Priſcianus major. Boetius. Gloſe Proſperi. Prudentii. Theodoli ſimul. Priſcianus de Conſtructionibus.

Oratius. Statius Thebaidos. II. Lucani cum continuis Gloſis. Ovidius major. & totus. Virgilius. Bucolica Aureliani. Gloſe Saluſtii & Odarum Ovidii. ſimul. Gloſe Terentii. Cornutus ſuper Perſium ſimul. Dialectica. Topica Boetii. Yſagoge Porfirii. IIII. paria. Bucolica Calpurnii. Statius Achilleidos. Phiſiologus. Cato. in uno volumine. Topica Tullii. Tullius de ſenectute. Homerus. Beda de Scematibus & Tropis & Barbariſmus ſimul. Marcianus Philoſophus.

Ex-

Excerptum e Codice M. S. Priflingenſi ſiſtens diem obitus Joannis Com. Palat. & Bav. Ducis Anno. 1443.

„ Explicit Tractatus Rethoricalis per fratrem Georgium Garhamer Profeſſum Monaſterii Sancti Georgii in Prufningen Ratisbonenſis Dioceſis pro tunc morantem apud Sanctum Petrum in Caſtello ſub anno Domini 1443. altera die poſt feſtum Beati Gregorii Pape vel in die Longini Martyris qui lancea latus Domini perforavit vel feria quinta poſt Invocavit, *eadem* die illuſtris Princeps Palatinꝰ Reni & Dux Bavarie Dominus Johannes ſuſcepit Sacram unccionem olei hora quaſi ſecunda diei a Reverendo in Chriſto Patre & Domino Domino Jacobo Abbate Monaſterii Caſtellenſis in preſentia totius Conventꝰ ibidem, quia prefatꝰ Dux ibi erat egrotans.

Item eodem die prefatꝰ illuſtris Princeps dux Johannes debitum univerſe carnis perſolvit circa occaſum ſolis, laudabiliter & magna Religione in preſentia omnium fratrum in Caſtello & aliquorum ſuorum Conſiliariorum Cujus anima requieſcat in pace Amen.“ Deſcriptum ex Cod. Manuſcripto Papyraceo Archivi noſtri in 4to.

DI

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I.

Exemtio ab Aduocatia An. 1123.

In. Nomine. Sancte. Et. Individue. Trinitatis. *OTTO*. Dei. Gratia. Babenbergenſſis. Eclesie. Epiſcop9 Octavus.

Quoniam exhortationis Prophetice inſtructi ammonitione dicentis. eripite pauperem &. egenum. de manu diripientis eum liberate. Locum celle noſtre in Prouvenig. aput ripam danubii a nobis divina providentia noviter in honorem ſancti Georgii Martiris Chriſti. Patroni noſtri conſtructum. pauperem proh dolor. & egenum. de manu diripientis eum omni quo poſſum9 ſtudio liberare intendentes. ipſum ab omni jugo ſeu jure advocatie. & ab omni Advocato perpetua conceſſione inſtituto. perpetuis temporibus liberum eſſe decernimus & ſanctimus. Vnde & preſentibus ſcriptis in virtute Dei. ſub obteſtatione diſtricti ejus judicii. interdicimus. precipim9. inhibemus. ne alicui ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum. Regum. Principum. aut Abbatum. dicto loco Advocatum vel ſubadvocatum perpetua conceſſione preficere liceat. niſi qui ad voluntatem & petitionem Abbatis & fratrum ibidem Deo militantium. pro tempore neceſſarius. ſimplici conmiſſione ab Epiſcopo Babenbergenſi provideatur. ſola contentus remuneratione divina. & duobus bottis hiemalibus. Precavendum, autem eidem proviſori decernim9. ne infra ſepta celle. vel extra in aliquo locorum poſſeſſio-

num

num ejuſdem. placitum aut collectam hominum habeat. nec exactionem aliquo modo fatiat. ſervitia quoque nulla requirat. niſi que fratrib9 ſibi ex Caritate impendere placeat. Nulli gravis extra vel infra. peticione aut violentia. ſibi exiſtere liceat. Ordine judiciario conquiſita ad Abbatis diſpenſſet voluntatem. Precaveat etiam ne ipſum Abbatem. aut Officialis Monaſterii. in aliquibus judiciis ſive diſpenſſationibus in bonis eccleſie ſue coartare preſumat. niſi aliquid per eos ad ipſum devolvatur. aut ſi cauſa ad furtum. aut homicidium ſpectare videatur. *Tunc* enim de reo non de rebus ſe intromittere debet. ſed omnia illius mobilia & inmobilia cenobio illeſa reſerventur. Nulli tamen ſibi nec alicui. mortalium qualicumque modo reo aut proſcripto infra celle ambitum manum inicere liceat. ſed procuratione fratrum ad locum ſecurum extra ſepta deducatur. Hanc etiam conſtitucionem ab omnibus Eccleſie Advocatis. qui ab antiquis temporibus in bonis ejuſdem. a nobis. vel a quocunque alio collatis. aut in futurum Deo providente conferendis. conſtituti eſſe videntur. inviolabiliter obſervari. Dei & noſtra decernim9 auctoritate. illis firmiter precipientes. vt deputata ſibi ſumma contenti. nullum exactionis gravamen. petitione. aut violentia. hominib9 ipſius inferre preſumant. Ipſas etiam advocatias nulli advocatorum infeovdare. obligare. aut vendere ex integro aut per partes omnino liceat. niſi forte ad meliorem conmutationem fratrum conſenſſu hoc ipſum eveniat. alioquin. non ſolum ex ipſo facto ſuo juri renunciaſſe videbitur. ſed & nullum effectum ipſa preſumptio habere cognoſcatur. Inhibemus etiam ne alicui advocatorum in bonis dicti cenobii aliquo modo ſubadvocatum aut aliquam aliam nocivam Perſonam conſtituere aut pati liceat. ſed omnia in animam ſuam & fidem ſibi commiſſa. fideliter procurare. ſtudeat. Hec itaque non ſolum de Principali Monaſterii

Pro-

Proviſore inſtituendo. ſed & de omnib9 bonorum ſuorum advocatis. tam habitis quam habendis. ideo ſuccinctim diſtinximus. ut ſiquis hanc noſtre confirmationis formulam infringere. aut elationis vitio aliqua preſumptione violare adtemptaverit. nec etiam tertio conmonit9. a ſua malitia reſipiſcere voluerit. ex ipſa ſui temeritate. omni proviſione ſibi commiſſa. omni jure ſuo. ſe privatum noverit. & alium ſibi ad peticionem & voluntatem fratrum a noſtris ſucceſſorib9 ſubrogandum. Quod & obſervandum Dei & noſtre fundationis auctoritate irrefragabiliter ſanccimus. Ad maiorem etiam Prouenienſſis Eccleſie utilitatem firmiter inhibemus. & precipimus. ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum aut Abbatum. de bonis illius aliquid alienare. aut infeovdare preſumat. niſi antiquo jure fieri hoc oporteat. quod & per manum Abbatis fiat. quo exſpirante. in communes uſus fratrum tranſeat. nec aliqua alia diſpenſſatio robur firmitatis habeat. Preterea ſtatuim9 & confirmam9. ne alicui prefati Monaſterii predia hereditario jure poſſidenti. ipſa liberorum vel nepotum ſuorum occaſione vendere. aut in partes dividere liceat. nec alium heredem in ipſis. niſi de noſtra. aut cenobii familia procreatum facere preſumat. quod ſiquis temere preſumpſerit. omni jure ceſſante ipſius. ad monaſterii utilitatem decernim9 tranſſerenda. Neceſſarium etiam Dei & noſtra Benedictione indulgendum duxim9. vt eccleſie noſtre hominib9 cum cenobii familia mutuum habere contractum liceat. hoc tamen mediante. ut proceatio ſobolum eque dividatur. unicam tamen Monaſterium habebit. Permittim9 etiam. & fideliter ab omnib9 Eccleſie noſtre cenſualibus in univerſis prediis monaſterii conſtitutis obſervari volum9. ut quamdiu in eiſdem demorantur bonis. tamdiu etiam debitum nobis cenſum ad concinnanda ſanctorum lumina. cenobio perſolvere non obmitant. nullam a quo-

quam hominum ſuper hoc penam ſubituri. Ordinamus etiam & firmiter ſtatuimus. ut de ſingulis eccleſiis Parrochialibus. ad prefatum Cenobium ſpectantib9. ſingulis annis procuratione Sacerdotum. ſeu ab ipſis ſacerdotib9 libra cere perſolvatur aut media. ad habenda lumina. in obſequiis divinis neceſſaria. Siquis autem Sacerdotum hec negligere preſumpſerit. nec ammonitus reſipuerit. talis offitio ſuo & beneficio ſe privatum noverit. & ad ſuam conpeſcendam malitiam. eccleſiam ſibi collatam. auctoritate noſtra per Abbatem alteri conferendam. caveat autem Abbas. ut non niſi noſtre ordinationi obedire volentibus. aliquam de eccleſiis Monaſterii conferre preſumat. Preterea dilectis fratribus noſtris in Provuenige Deo ſervientibus. & in perpetuum ſervituris. poteſtatem conceſſimus. ut de nemoribus noſtris in Schambach videlicet & in Nittenaouwe. & in Slouhte ſumant ſibi ligna ad omnem uſum celle ſue neceſſaria. nullius umquam noſtre confirmationis deffenſi protectione. paſſuri repulſam. Item ad majorem in poſterum recognitionem. preſenti pagine dignum inſerendum duximus. quod. IIII^or^. Clauſtris noſtris. Aſpach videlicet & Alterſpach. Oſterhoven & Bruuenig. VI. Talenta & dimidium. vel equivalentiam ſalis. quantum pro ipſa peccunia congruit. a Prepoſito noſtro in Halle in Epiſcopatu Salzpurgenſi ſingulis annis perſolvenda. in perpetuum delegavimus. De quarum rerum diſtributione Provenienſi Monaſterio. XX. ſolidos vel totidem carratas ſalis. majoris ponderis deputavimus. numquam ipſius delegationis benefitio fruſtrandum. Indulgemus denique Dei Benedictione & noſtre approbationis confirmatione. ut ſiquis eccleſie noſtre miniſterialium aut mancipiorum divino aflat9 inſtinctu. renunciaturus ſeculo. in ſepedicto Monaſterio converſari. aut eidem de rebus ſuis mobilib9. aut inmobilibus aliquid conferre voluerit. hoc illi abſque omni ſui pre-

ju-

juditio liceat & offenſſa. Preterea ſiquis de bonis eccleſie noſtre habens feodum. & hoc ipſum Cenobio pro ſui memoria conferre. aut aliqua ex neceſſitate vendere contingerit. ſi hoc Deo avertente aliquis ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporum inhibere adtemptaverit. talis ad principale cenobii altare. auctoritate noſtre confirmationis. nec non Pontificum Romanorum. & Regum. fundationem noſtram ſuis Priuilegiis corroborantium. propoſito ſuo qualicunque. preſentibus ydoneis teſtibus. ſatisfacturus fiducialiter accedat. nulla omnino ſui juris perterritus leſione. Hec de omnib9 indifferenter perſonis. eccleſie noſtre feodali jure adtinentib9. cujuſcunque ſint poteſtatis. cujuſque ditionis. diſpenſſando decernimus. Cum igitur omnia hec premiſſa. nec non & alia pleriſque ſcriptis confirmata. ad proviſionem Provenienſis Monaſterii. non alicujus motu levitatis. aut arrogantia elationis. ſed ſolo eterne remunerationis reſpectu. pro eterna requie ac ſalute vivorum & mortuorum. omnium nobis conmiſſorum. conmuni accedente conſilio & conſenſſu. omnium fratrum noſtrorum Canonicorum ac miniſterialium noſtrorum. ordinaverimus. delegaverimus. confirmaverimus. nos omnem perſonam eccleſiaſticam vel ſecularem. divitem & pauperem. ſublimem & humilem. huic noſtre ordinationi. delegationi. confirmationi. contrariam. verbo aut opere. oculte aut manifeſte. niſi citius noſtra cognita conſtitucione reſipuerit. in verbo Domini. Auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. & eorum ſucceſſoris licentia & poteſtate Domini Pape. nec non auctoritate nobis celitus conmiſſa. & omnium Chriſti Sacerdotum. vinculo innodamus anathematis. eternis ſuppliciis pro ſui temeritate puniendam. Ne itaque noſtris ordinationibus. ſeu delegationibus. preſentibus ſcriptis confirmatis. aliquo modo. aliquo caſu. a quoquam mortalium. reluctetur omnino. hanc inde Cartam conſcribi.

& ſigilli noſtri inpreſſione roborari fecimus. teſtibus qui preſentes aderant ſubſcriptis. *Eberhardus Prepoſitus. Egelbertus Decanus. Chunradus Cuſtos. Tuto ſcolaſticus. Tiemo Prepoſitus. Rouzeling Prepoſitus. Oudalricus. Volmarus. Hermannus. Levpoldus. Minhardus Canonici Starcher de Muzzindorf. Rudolfus de Oſterhoven. Chunradus Camerarius.* & alii.

Actum *Babenberch* Anno Dominice Incarnationis. MCXXIII. Indictione. I. Menſe Februario. XVI. Kalend. Martii. Luna XIIII. Feria. III. Regnante *HEINRICO* Imperatore. IIII. Anno Pontiſicatus noſtri. XXII.

Num. II.

Confirmatio Pontificia circa An. 1125.

HONORI9 Epiſcop9 ſervus ſervorum Dei Dilecto in Chriſto filio *Herb.* Abbati Monaſterii ſancti Georgii de Privinigen. quod ſitum eſt inter Ratiſponam & danubium. ejuſque ſucceſſorib9 regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Apoſtolici Moderaminis clementie convenit religioſas Perſonas diligere. & earum loca apoſtolice protectionis munimine defenſare. Ideoque dilecte in Domino fili Herb. Abbas Monaſterii ſancti Georgii de Privinigen. interventu venerabilis fratris noſtri *OTTONIS* Babebergenſis Epiſcopi. tuis rationabilib9 poſtulationib9 annuentes. idem Monaſterium ſancti Georgii cui auctore Deo preſides. in tutelam beati Petri. noſtramque protectionem ſuſcipim9. & preſentis ſcripti noſtri pagina communim9. Bona igitur & poſſeſſiones, quas prefatum Monaſterium ſancti Georgii inpreſentiarum juſte & legitime poſſidet ſive in futurum largiente Domino liberalitate Regum. largitione Principum. oblatione fidelium ſeu

aliis

aliis juſtis modis poterit adipiſci. firma vobis veſtriſque ſucceſſorib9 regulariter ſubſtituendis & illibata permaneant. Preterea Decimam vobis a prenominato fratre noſtro *OTTONE* Babebergenſi Epiſcopo conceſſam quam ab *ARTUICO* (*) ratiſponenſi epiſcopo per gratum concambium obtinuiſſe cognoſcitur confirmam9. Statuim9 etiam ut religioſ9 Ordo ſecundum beati Benedicti regulam in cenobio veſtro conſtitut9 futuris perpetuo temporib9 inviolabiliter obſervetur. Obeunte vero te nunc ej9 loci Abbate null9 ibi qualibet ſubreptionis aſtutia. ſeu violentia preponatur. ſed quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris. ſecundum Dei timorem & beati Benedicti Regulam providerint eligendum. De laborib9 ſiquidem veſtris qui propriis ſumptib9 excoluntur. & de hortis & pomeriis. decimas a vobis exigere nemo preſumat. Et ne aliquis occaſione advocatie Monaſterio veſtro exactiones facere. bona veſtra dare. vendere. aut inbeneficiare attemptet. omnimodis prohibem9. Decernim9 ergo ut nulli omnino hominum liceat idem Monaſterium temere perturbare. aut ej9 poſſeſſiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. vel temerariis vexationib9 fatigare. Sed omnia integra ſerventur. eorum pro quorum ſubſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſib9 omnimodis profutura. Salva dioceſani epiſcopi reverentia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit. ſecundo. tertiove commonita. ſi non ſatisfactione congrua emendaverit. poteſtaſtis honoriſque ſui dignitate careat. reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantib9 ſit pax Do-

mini

mini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenꝰ & hic fructum bone actionis percipiant. & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

✝ Ego Honoriꝰ Catholicæ Eccleſiæ epiſcopus SS.

Data laterani XII. Kal. Febroarii.

*) Vid. Laurent. *HOCHWART* in Catalogo Ratiſpon. Epiſcop. Lib. II. cap. 22. apud *OEFELE* Script. Rer. Boic. Tom. I. pag. 186. b.

Num. III.

Donatio Prædii Haſelbach circa An. 1125.

Omnibus omnino fidelibus futuris ſcilicet ac preſentibus preſenti pagina pandimus. quam fideli Devotione Domnus *Heinricus* filius *Liupaldi* Canonicus eccleſie Sancti Petri *Ratiſbone* pro amore Dei. Sanctique Georgii immo omnium omnino ſanctorum pro ſalute quoque ſua. ac ſuorum omnium parentum. ac propinquorum *Bruuinienſi* cenobio obtulit *Haſelbach* (*) predium ſuum ſpecialiter in conquirendis templi luminaribus profuturum. Qui etiam idipſum a Domno *Erbone* Patre Monaſterii litteris petiit alligari. ne liceat Abbati vel Sacriſte eandem poſſeſſionem aliis aliquando uſibꝰ deputare. quatinꝰ exinde proviſis luminaribus templi manufacti ſuperne Civitatis municeps fiat in ſeculum ſeculi. que teſte Evangeliſta non egebit ſole & Luna ut luceant in ea. quoniam Dominꝰ Deus Lucerna illius eſt & Agnus. Teſtes hii ſunt. *Friderih frater ipſiꝰ Heinrici. Loutwin niger. Riwin* de *Manegolttingen. Megingoz.* de *Rorbach.* & alii multi.

Actum *Ratisbone* feliciter tercio regnante *LOUTHARIO.*

*) In Palatinatu Neoburgico.

Num. IV.

Confirmatio cæſarea permutationis decimarum An. 1129.

C In Nomine ſumme & Individue Trinitatis favente Divina Clementia Ego *LOTHARIUS* Rex.


Cum a regie majeſtatis robore, cui ſedis preparatio, iudicium & iuſticia eſt, omnes ſacre Chriſtiane fidei cultores, defendi habeant. & foveri. tamen ſumma exigente iuſticia. arciori ſollicitudine. ſpiritalis milicie. & maxime monaſtice profeſſionis ſectatores. gratulabundis miſericordie ulnis. teneri debent & tueri. hec itaque ſereniſſimo diſcretionis. diligenter noſtra imperatoria induſtria. contemplante oculo. ſcientes nos ex hoc anime noſtre ſaluti. & regni noſtri honorificencie apud divinam miſericordiam. non modicum providere. peticionib9 fratrum. in cenobio beati Georii *Prouuenigin*. Deo militancium. facilem commodantes aſſenſſum. noſtre auctoritatis ſtatuto. communim9 & corroboram9. concambium. inter Venerabilem *CHUNONEM Ratiſponeſſem* Epiſcopum. & *Erbonem* prefati Monaſterii. Abbatem. legitimo proceſſu factum. videlicet de Decimis novalium ſuorum. tam agrorum. quam vinearum. ſive ortorum. que in Epiſcopatu Ratiſponenſi culta ſunt. aut deinceps perpetuis temporibus excoli poſſunt. Ad majorem namque noſtre confirmationis obſervantiam. ordinem facti. ſcriptis exprimere. hominumque memorie commendare curavimus. Cum enim inter Venerabilem *CHUNONEM* & *Erbonem* predictarum Eccleſiarum Rectores. ſuper decimationib9 novalium. diuturna eſſet contencio. placuit tandem diſcretis viris mediantibus. *OTTONE* ſcilicet Venerabile Epiſcopo *Babenbergenſi*. Et *HEINRICO Duce Bauarie. Ratiſponenſi Advocato*. mutue altercationis controverſi-

am

am hac ratione perpetuo diſcindere. ut cum. XI. quibuſdam manſſis. qui tempore felicis memorie Domini *HARTWICI Ratiſponenſis Epiſcopi.* ob hujuſmodi etiam litem dirimendam. de rebus ſancti Georgii. pruuenigin. Ratiſponenſi Eccleſie dati fuerant. ex prememoratis novalib9 jam cultis. decimum manſum. cum ſuis decimationib9. & cum omnib9 attinenciis vel utilitatib9 ejus. Eccleſia Ratiſponenſis acciperet. alia vero omnia. cum in futurum acquirendis. Pruueningenſe cenobium. per manum predicti Ducis delegata. ſine omni poſtmodum inquietudine poſſideret. Qua nimirum pactione firmata. ſeptem viri idonei utriuſque Eccleſie. ſecundum legum ſcita. ſuper hac diffinicione interrogati. cognitum eſt ex utriuſque partis reſponſſione. omnib9 modis hanc decimationum ſufficere recompenſationem. Statimque facta ex utraque parte delegatione. conſentiente Clero. & populo. Domin9 *CHOUNO* Epiſcopus hanc confirmavit banni ſui interpoſicione. Ne igitur ſicut jam iterato. ſub Domino videlicet *HARTWICO* & *CHUNONE* Reverendis Epiſcopis. ſupedictum Monaſterium amodo de decimationum occaſione. a novalib9. tam habitis quam habendis. a quoquam mortalium. potenti vel humili. aliquam infeſtacionis ſuſtineat moleſtiam. regia auctoritate. omni quo oportet aut precipi debet diſtrictu. indiſcuſſim inhibemus. irrevocabiliter ſtatuentes. ut ſi aliqua perſona eccleſiaſtica aut ſecularis. huic noſtre corroborationi contraria extiterit. quod Deo prohibente abſit. talis condicione honoris ſeu dignitatis ſue careat. & auri libras quinquaginta Phiſco regio. & Pruuiningenſi cenobio. eque dividendas. ſine omni contradictione perſolvat. ſalva tamen rerum illius & noſtri Decreti integritate. Vt hec noſtra confirmacio rata & inconvulſa omni perduret evo. hanc formulam inde conſcribi. & ſigillo noſtro. cum ſigno vt infra aparet. juſſim9 inſigniri. Teſtes qui aderant

ſub-

ſubterannotantes. Teſtes *CHUNO Ratiſponenſis Epiſcopus OTTO Babenbergenſis Epiſcopus. HEINRICꝰ Dux Bawarie. OTTO Palatinꝰ. OTTO Prefectꝰ. LUDEW..ꝰ de Loupurc. Heinricus de Schuwenburc. Wirnt de Ebermundorf. Adelber. de Pocheperc. Alteman de Sigenburc. Adelgoz de Reitenbuech. Nizo de Houedorf. Oulrich vicedominꝰ. Chuno de Tekinbach. Hageno Prepoſitꝰ. Engelbertꝰ Decanus. Adelpertus Parrochianꝰ.* & alii quam plures, feliciter.

Signum 

LOTHARII Sereniſſimi Regis. Et ego *ANNO* Notariꝰ. vice Archicancellarii & Archiepiſcopi Moguntienſis *ADELBERTI* Recognovi.

Datum in *Werde.* Anno Dominice Incarnationis. Millo. C. XXVIIII. Regnante Lothario Tercio, Rege invictiſſimo. Indict. VII. III. Idus Julii Regni ejus. V.

Num. V.

Immunitas a Decimis poſt An. 1130.

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis *HEINRICꝰ* Dei Gratia *Ratiſponenſis Epiſcopus.* Quoniam ex debito officii noſtri compellimur eorum in omnibꝰ ſollicitudinem gerere qui noſtre cure commiſſi ſunt. illorum pre ceteris neceſſitati conſulere. utilitati proſpicere debemus. qui remoti a ſecularibꝰ curis. in monaſteriis quietam vitam in Dei ſervitio ducunt. ut eo amplꝰ de ſpe future retributionis gaudeamus. quo his qui in hoc mundo nihil proprium poſſident curam ampliorem impendimꝰ. Quod

X ergo

ergo in generalib9 Conciliis aſſentientib9 multis diſcretis & ſapientib9 viris ſtatutum & in *Piſano Concilio* a Papa *INNOCENTIO* eſt confirmatum. ut videlicet Monachi & Regulares Canonici qui de aliorum elemoſinis ac beneficentia debent vivere. de laborib9 quos propriis ſumptib9 ac manib9 excolunt dare decimas non cogantur. nos omnimodis obſervare convenit. Vnde Venerabili *Erboni Abbati Bruviningenſi* & ej9 fratrib9 ea que de bonis illorum *Hoholdo militi* in beneficium conceſſeram9. ab eo recepim9. & ex integro ſecundum preceptum ipſi9 Domini Pape Innocentii illis reſtituim9. Et ne in poſterum de hac re aliqua querela vel controverſia ſive dubitatio fiat. reſcriptum ejuſdem Domini Apoſtolici Innocentii hic interſerendum cenſuim9. & preſentem inde paginam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione ſignari Juſſim9.

INNOCENTI9 Epiſcopus ſerv9 ſervorum Dei Venerabili fratri Heinrico Ratiſponenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Equum & rationabile eſt ut monachi & regulares Canonici qui de aliorum elemoſinis ac beneficentia vivere debent. de laborib9 quos propriis ſumptib9 ac manib9 excolunt. dare decimas non cogantur. Quod profecto in Piſano Concilio quod nuper Deo propicio celebravim9. a nobis eſt apoſtolica auctoritate firmatum. Ea propter fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta precipim9 quaten9 fratres Pruviningenſes tam de novalib9. quam de aliis laborib9 quos propriis ſumptib9 ac manib9 excolunt. neque per te neque per Hoholdum militem ullaten9 inquietes. neque per alios inquietari permittas. alioquin ſcire te volum9 quoniam contemptum ſedis Apoſtolice inpunitum nullaten9 dimittem9.

N. VI.

Num. VI.


Caeſarea confirmatio fundationis, cum Privilegio liberae electionis circa An. 1129. & 1137.

C In Nomine ſumme & individue Trinitatis Divina favente gratia Ego *LOTHARI9* Rex. Quoniam regalem decet dignitatem juſticia & pietate neceſſitatib9 Eccleſiarum ſuccurrere. profectib9 gaudere. & utilitatib9 conſulere atque ſavere. ob hanc rem que in literis iſtis ordinanda clementer diſpoſuimus. comprobando diligenter confirmavim9. Notum igitur fore volum9 & cupim9 omnib9 Chriſti fidelib9 tam futuris quam modernis. quod Domn9 *OTTO* Octav9 *Babinbergenſis* Eccleſie Epiſcop9 cellulam condidit in Regno noſtro. in Ratiſponenſi Epiſcopatu. in *pago danubiaco* juxta flumen danubium. in honore Dei omnipotentis & ſancti Georgii Martyris. eamque ſatis pie & honeſte beneficiis iniciaverit ad neceſſitatem Monachorum ſecundum Regulam ſancti Benedicti degentium in perpetuum favente Miſericordia Dei ibi futurorum. Vt igitur id firmi9 & ſtabili9 eſſe poſſet. placuit illi eandem cellam Beato Petro Apoſtolo & Babinbergenſi Eccleſie mancipare. ea intentione & pactione. ut ſub tante Eccleſie Mundiburdio & defenſione. ab omni adverſariorum injuſta oppreſſione vel leſione protegi poſſet ac defendi. Hoc revera ut felix negociator prudenter fecit. primum propter ſpem vite eterne. ob remiſſionem peccatorum. ob ſalutem corporum & ſempiternam requiem animarum. & ob cottidianum memoriam ſui ſuorumque omnium parentum. conſanguineorum. propinquorum. & amicorum ſimulque omnium ad curam ſuam pertinentium. ob memoriam quoque Regum. Epiſ-

coporum. Principum. & omnium prediƈte celle ſtatum & honorem diligentium & defendentium. atque omnium prorſ9 Chriſti fidelium. & prout poſſe ſuberit. ut cunƈtis Chriſti pauperib9 beneficum illic pateſiat receptaculum Præterea ob gloriam ejuſdem Cenobii cumulandam. & fratres ibidem inde ſemper mittendos & habendos. cellam quandam ſuis laborib9 & pecunia conquiſitam. *Aſpach* diƈtam. cum omnib9 appendiciis ſuis eidem loco contradidit. Nos igitur propter gratiam Dei miſericorditer piis votis faventes & congratulantes. regia auƈtoritate decernimus & ſtatuimus, ut quandocumque Patre ſuo ſpirituali orbati fuerint. ejuſdem Monaſterii fratres habeant liberam poteſtatem. ſecundum Regulam ſanƈti Benediƈti inter ſe vel undecunque utile fuerit Abbatem ſibi eligendi. preterea ut nulli Sacerdotum. Regum vel Ducum aut Comitum vel quarumlibet Perſonarum. nullique prorſus hominum liceat in eo loco vel in reb9 eidem Monaſterio a prediƈto Epiſcopo vel a quibuslibet perſonis collatis. aliquas ſibi proprietatis conditiones. non cujuslibet poteſtatis uſurpationes que utilitati Monaſterii noceat vendicare. Sed omnia integra eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſib9 omnimodis profutura ſerventur. Et hoc interdicimus ne quis in poſterum Babinbergenſis Epiſcopus occaſione illi9 proprietatis qua idem Monaſterium illi Eccleſie delegatum eſt. aliquas ejus poſſeſſiones a prediƈto Epiſcopo collatas vel undecumque conquiſitas vel ab aliquo oblatas ulli in Beneficium dare preſumat. aut quolibet modo fratrum uſib9 alienare vel ſubtrahere. aut quolibet modo vel ſervitio idem Monaſterium gravare. In fine addim9. ut ſiquis in craſtinum Archiepiſcopus Dux vel Marchio. Comes aut vicecomes. aut Perſona quelibet eccleſiaſtica vel ſecularis. huj9 conſtitutionis paginam ſciens. contra eam facere preſumpſerit. & quod abſit.

unum

unum manſum. vel unum Molendinum. vineam unam. vel ſaltem unum mancipium. vel. tale quid a predicto Monaſterio abſtulerit. noſtre noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coact9. tria auri talenta ad regis erarium perſolvat. primit9 Eccleſie reddens quod uſurpaverat. Si vero Curtem vel aliquam Villam inde abalienaverit. ſive invaſor ipſius celle extiterit. ſive huj9 teſtamenti decreta traditioneſque quocumque ingenio ſeu argumento legum ſecularium pervertere vel infringere attemptaverit. is XXX. auri libras ad regiam perſolvat Kameram. reddens pri9 eccleſie ſecundum legum juſticiam quod abſtulerat. *ſicque* intentio illi9 omnino irrita fiat.

Signum  Lotharii Sereniſſimi Regis.

Et ego *ANNO* Notari9. vice Archicancellarii & Archiepiſcopi Moguntini *ADELBERTI* Recognovi.

Num. VII.

Privilegium Innocentii P. II. An. 1136.

I*NNOCENTIUS* Epiſcopus. ſerv9 ſervorum Dei. Dilecto filio *Herboni*. Abbati Monaſterii Sancti Georgii de *Privininginꝫ*. quod inter Ratiſponam & Danubium ſitum eſt. ejuſque ſucceſſoribus Regulariter ſubſtituendis. in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur. Auctoritas. religioſas Perſonas ac loca eorum regimi-

gimi-

gimini commiſſa diligere. atque ipſorum quieti & utilitati auxi-
liante Domino ſalubriter providere. Dignum namque & hone-
ſtati conveniens eſſe cognoſcitur. ut qui ad Eccleſiarum regi-
men aſſumpti ſumꝰ. eas a pravorum hominum nequitia tuea-
mur. & Beati Petri ac ſancte Romane Eccleſie patrocinio munia-
mꝰ. Ideoque dilecte in Domino fili *Herbo* Abbas. tuis juſtis po-
ſtulationibꝰ clementer annuimus. & Beati Georgii Monaſterium
cui auctore Domino preeſſe dinoſceris. apoſtolice ſedis privile-
gio decoramus. Statuimꝰ enim. ut quaſcunque poſſeſſiones. que-
cumque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte & legiti-
me poſſidet. tibi. tuiſque ſucceſſoribus. & per vos jam dicto ce-
nobio hujus ſcripti pagina confirmemus. Porro decimam a Ve-
nerabili fratre noſtro *OTTONE Babenbergenſi* Epiſcopo vobis
conceſſam. quam ab *HARTVICO Ratiſponenſi* Epiſcopo per
gratum concambium optinuiſſe cognoſcitur. vobis preſenti ſcrip-
to firmamus. Cellam etiam *Aſpach* dictam. quam idem Epiſ-
copus ſuis laboribus ac ſtudio conquiſitam divini amoris intui-
tu eidem loco contulit. a nullo unquam hominum alienari. vel
aliquo modo auferri ſancimus. Decernimus etiam. ut ordo mo-
naſticꝰ qui in eodem cenobio a priſcis temporibꝰ noſcitur in-
ſtitutꝰ. perpetuis temporibꝰ ibidem integer conſervetur. Obe-
unte vero te nunc ejuſdem loci Abbate. vel tuorum quolibet
ſucceſſorum. nullꝰ inibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violen-
tia preponatur. niſi quem fratres communi conſenſu. vel fratrum
pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti
Regulam elegerint. De laboribꝰ quoque veſtris tam infra quam
extra ſepta Monaſterii. quos propriis ſumptibus excolitis. de-
cimas a vobis nemo exigere preſumat. Interdicimꝰ etiam. ut
nullꝰ Epiſcopus qui in Babinbergenſi Eccleſia pro tempore fue-
rit. vel aliquis alius occaſione alicujꝰ rei. vel advocatie idem

Ce-

Cenobium aliquibꝰ exactionibꝰ gravare. vel ejꝰ poſſeſſiones à predicto Epiſcopo vobis collatas. vel undecumque arquiſitas. ſeu oblatas. alicui in beneficium dare vel fratrum uſibꝰ ſubtrahere preſumat. Quecumque preterea bona idem monaſterium conceſſione Pontificum. liberalitate Regum vel Principum. oblatione fidelium. ſeu aliis juſtis modis preſtantę Domino in futurum poterit adipiſci. firma vobis. & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas ſit. idem cenobium temere perturbare. aut ejus poſſeſſiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. aut aliquibꝰ vexationibꝰ fatigare. Sed omnia integra conſerventur. tam veſtris. quam fratrum veſtrorum. ac pauperum uſibꝰ profutura. Siqua igitur in poſterum eccleſiaſtica ſecularisve Perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens. contra eam temere venire temptaverit. ſecundo. tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit. poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat. reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei. & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibꝰ. ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti. Quatenꝰ & hic fructum bone actionis percipiant. & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentiꝰ Catholice Eccleſie Epiſcopus SS.
Ego Gvilielmꝰ Preneſtinꝰ Epiſcopus SS.
Ego Gregoriꝰ Diac. Card. Sanctorum Sergii & Bachi. SS.
Ego Theodewinꝰ S. Rufine Epiſcopꝰ SS.
Ego Guido Diac. Card. Sancti Adriani SS.
Ego Anſelmꝰ Preſbyter Card. SS.
Ego Boetiꝰ Diac. Card. ſanctorum Viti & Modeſti SS.
Ego latifredꝰ Presb. Card. tit. veſtine SS.
Ego Lucas Presb. Card. tit. Sanct. Johannis & Pauli SS.
Ego Griſogonꝰ diaconꝰ Card. Sancte Marie in porticu SS.

Data *Piſis* per manum Aimerici. Sancte Romane Eccleſie Diac. Card. & Cancell. XI. Kal. Novembris. Indictione XIIII. Incarnationis Dominice Anno M. C XXX. VI. Pontificat9 vero domni Innocentii Pape. II. Anno VII.

Num. VIII.

Diploma Fundationis An. 1138.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis *OTTO* Babenbergenſis Eccleſie Dei Gratia Octavus Epiſcopus.

Quociens in ſpem retribucionis divine animum intendim9. in omne opus bonum paratas ac promptas devote intentionis man9 extendim9. ut quia Dei Operarii ſumus. a vinea Domini foris ocioſi non ſtem9. vt autem ex ea perfecti laboris denarium reportem9. ſi qua forte que ad decorem Dom9 Dei. vel ad utilitatem Deo famulantium. conducant egerim9. ut quieta in poſterum & rata permaneant. procurare debemus. Qua propter notum eſſe cupim9. omnib9 Chriſti fidelib9. tam futuris quam preſentib9. qualiter nos Domino cooperante in id ipſum. inter Ratiſponam & danubium. locum cui nomen *Pruueningen* eſt inditum. in ſalvationem animarum prevdim9 eligendum. in quo loco quidam *Racco* olim predium poſſedit. ad eccleſiam que vet9 Capella dicitur pertinens. quod hoc modo commutavim9. Sex manſſos juxta *Amberch* per nos acquiſitos. per manum *Meribotonis* liberi hominis. predicte eccleſie donavim9. & a manu *ADELBERTI DE WINDEBERGE* ejusdem Eccleſie Advocati. ſupra dictum Allodium accepim9. Sed cum in eadem poſſeſſione. magnam contradictionem a *Friderico Heinrici filio de Burgetore* haberemus. datis ei octoginta libris argenti

genti. omnem contencionem ejꝰ diſſolvimꝰ. Conſtruximꝰ igitur ibidem in honorem Dei omnipotentis. & ſancti Georgii Martyris Monaſterium Monachorum ſecundum Regulam. S. Benedicti degentium in perpetuum propter vitam eternam favente miſericordia Dei in ibi futurorum. Vt autem id firmiꝰ & ſtabiliꝰ eſſe poſſet placuit nobis eandem cellam beato Petro & Babenbergenſſi ecleſie mancipare. ea intentione & pactione. ut ſub tante ecleſie Mundiburdio. & defenſſione. omni adverſariorum injuſta leſione protegi poſſit ac defendi. Et revera prudenti conſilio id fecimus. primum propter vite eterne ſpem. ob remiſſionem peccatorum. ob ſalutem corporum. & ſempiternam requiem animarum. ob cottidianam memoriam noſtri. & noſtrorum omnium Parentuum. ac propinquorum. ſimulque univerſorum ad curam noſtram pertinentium. ob memoriam quoque Regum. Epiſcoporum. ac Principum. & omnium predicte Celle ſtatum & honorem diligentium. & defendentium. atque omnium Chriſti fidelium. ac preterea ut cunctis Chriſti pauperibus pro nt poſſe ſub erit. beneficum illic patefiat receptaculum. Notificamꝰ igitur cunctis fidelibꝰ. quod eidem Monaſterio delegavimꝰ. *Gebenbach. Munnebach. Sittenloch. Maliſtorf.* que *Otto Miniſterialis noſter* in beneficium habuit. donec ea ſponte cum ipſo ſeculo dereliquit. quibuſque per concambium datis. cellam noſtram *Aſpach.* a prefato cęnobio nobis mutuare complacuit. Cetera etiam loca que per manꝰ Advocatorum eidem loco contulimꝰ. & ſervis Chriſti ibidem degentibꝰ. in victum & veſtitum conceſſimꝰ. videlicet *Graſolvingen. Oberdorf.* cum totali monte & valle. & omnia illic culta & inculta. ſimiliter *Ahebach,* (*) cum totali monte & valle. & omnia illic culta & inculta ad nos pertinentia. *Lengevelt* cum ſilva.

*) Hodie *Abach.*

Ne. igitur de hiis prenominatis prediis. *Oberdorf* videlicet. & *Ahebach.* & *Lengevelt.* & de ſuis pertinentiis. aliqua in poſterum fraudis ſubrepat peſtilentia. propterea quia de hiis *Fridericꝰ de Betendorf* inbeneficiatꝰ a nobis fuerat. expreſſius de ipſis cunctis innoteſcere decrevimꝰ. quia ea que ad Eccleſiam noſtram predicto *Friderico* absque filiis heredibꝰ mortuo. jure & libere tranſibant. vel ea que ab ipſo de eodem beneficio. aliis in beneficium hereditarie ceſſerunt. hec omnia ecleſie. S. Georgii in *Pruuinigen.* in dotem & utilitatem ibi Deo famulantium. cum conſilio & aſſenſſu Canonicorum. & miniſterialium noſtrorum. libera manu. iu perpetuum in ibi condonavimꝰ permanenda. hanc tamen diſcrecionis interponentes obſervationem. ſcilicet. quod ea que mors de propria manu *Friderici* rapiendo ecleſie noſtre. reddidit. Pruuinigenſſibꝰ fratribꝰ in proventum victꝰ & veſtitꝰ incunctanter Deo Auctore ſuccedant. ſimiliter & de hiis que aliis in beneficium per manum *Friderici* ceſſerunt. pontificali noſtra decernimꝰ fieri confirmatione. ſi tamen nulla heredum ipſis morientibꝰ ſuperſit poſteritas. ſi autem aliquis de prememoratis reditibꝰ inbeneficiatꝰ habens filium. & ipſum eo vivente beneficium ſuum hereditari voluerit. per manum Bruuinigenſſis Abbatis illud fieri habeat. nec ulli ſucceſſorum noſtrorum hoc facere. aut ſibi vendicare Deo prohibente liceat. ſimili modo defunctis patribꝰ. omnes heredes ſua Beneficia. a Bruuinigenſſi Abbate accipiant. ſi autem quandoque omnis heredum exſpiraverit ſucceſſio mortalium. quod miſericordi Providentia Dei fieri non ambigimꝰ. pretitulata predia ulli cuiquam. nec Babenbergenſſium Epiſcoporum. nec Bruuinigenſſium Abbatum. ab Eccleſia Chriſti in Bruuinige. aliqua obligatione liceat alienare. Preterea ſepe iam dicte Ecleſie contulimꝰ. *Hemmenſigile* cum reliquis poſſeſſionibꝰ in parrochia *Slühte* ſitis. *Hembure*

cum

cum aliis poſſeſſionibꝰ que ſite ſunt in parrochia *Schambach*. *Nuwenkirchen*. & *Rechart*. & *Tourne*. & *Izenreut*. cum aliis poſſeſſionibꝰ in Parrochia *Nitenawe* ſitis. *Bernreut* cum reliquis poſſeſſionibꝰ in Parrochia *Amberg* ſitis. In villa quoque *Moſheim* duos manſos. Preterea predium in *Augia Rathardi*. quod a fratribꝰ Sancti Michahelis per Concambium ſumſimus. datis eis duobꝰ regalibꝰ manſis in *Banzengaoue* juxta *Sunderhoven*. Preterea prefate Eccleſie mancipiorum utriuſque ſexus donationem in diverſis locis delegavimꝰ. quibꝰ & aliis que ipſum cenobium Deo donante a quoquam mortalium juſte in futurum adipiſci poterit. jure & liberalitate Babenbergenſium miniſterialium in virtute Dei perfrui conferimus. nichilominꝰ hoc inter ipſa mancipia. & noſtros homines fieri decernentes. ut quibꝰ utrimque in utroque ſexu legitime contrahere placeat. hoc illis omni jure ſuo ſalvo. Dei & noſtra. noſtrorumque ſucceſſorum indulgentia liceat. Sane & hoc perenniter fieri ſtatuimꝰ. ut procreatio ſobolum utriuſque Ecleſie hominum. tali modo inter ſe dividi habeat. vt videlicet Babenbergenſis Eccleſia feminas teneat. Bruuinigenſis vero Eccleſia mares poſſideat. Hec inquam cum aliis omnibꝰ que eidem Eccleſie vel monaſterio. fidelium noſtrorum omnium videlicet canonicorum. & miniſterialium. ſancte Babenbergenſis ecleſie. conſilio. & collaudatione contulimꝰ. preſenti noſtre auctoritatis pagina confirmamꝰ. atque omnibꝰ ibidem in nomine Domini congregatis. perpetuis temporibꝰ quieta & integra permanere decernimꝰ. Igitur invocata omnipotentiſſima divine majeſtatis preſentia & illiꝰ tremendi examinis terribili ſententia. obteſtata omnium bonorum fide. omnium profanorum ingenioſa machinatione improbata. dictante quoque noſtro Pontificali decreto. ſit locꝰ ipſe cum ſuis inſtitutis diuine legis & religionis ſue propoſito. ſeu omnibꝰ eodem pertinentibꝰ. quibuscumque collatis. ſeu conferendis. perpetua ſtabilitate muni-

tꝰ. inviolata pace quietꝰ. Deo liber. & in ſua ſemper tranquillitate securꝰ. ne qua poteſtas. ſive perverſa cuiusquam voluntas. domum. ſervoſque Dei quolibet modo injuriare preſumat. ſicut ab inicio noſtro interventu. Apoſtolica & regia auctoritate ſancitum eſt. Si quis igitur in craſtinum ecleſie ipſiꝰ invaſor extiterit. ſive hujꝰ teſtamenti decreta. tradicioneſque infringere. vel anullare temptaverit. ſi non reſipuerit. deleatur de libro viventium. & cum juſtis non ſcribatur. ſed cum hiis portionem accipiat. quorum vermis non moritur. nec ignis extinguitur. Qui vero piꝰ adjutor eſſe elegerit. in ſorte electorum. heres Dei. & coheres Chriſti. in die Domini inter benedictos cum gloria veniat coronandus. Amen. Hujꝰ rei teſtes ſunt. *Hermannus Abbas. S. Michahelis. Eberhardꝰ Prepoſitꝰ. Egelbertꝰ Decanꝰ. Chunradꝰ cuſtos. Tuto Scolaſticꝰ. Teimo Prepoſitꝰ. Ruzelinꝰ prepoſitꝰ. Oudalricꝰ. Volmarꝰ. Hermannꝰ. Livpoldꝰ. Meinhardꝰ.* & ceteri fratres. cum aliis plurimis teſtibꝰ. Et ego *Eberhardꝰ* notariꝰ recognovi. & SS. Feliciter Amen.

Actum Babenberc. Anno Domini. M. C. XXXVIII. Indictione prima. Tertia Idꝰ Decembris. Anno Chunradi Regis Tercii. primo. Anno vero Ordinationis. Domini Ottonis Babenbergenſis. Epiſcopi Octavi. XXX. ſecundo.





Num. IX.

Num. IX.

Idem Diploma *OTTONIS* Epiſcopi duplicatum, ejusdem cum præcedente tenoris, exceptis, quae ſequuntur, inſertis, cum ampliore dilucidatione.

In Nomine domini — — *OTTO* —

Quotiens — — — *uſque* ad in victum & veſtitum conceſſimus. *Hemenſigile. Witenreut. Sigisfridesreit. Underloch. Pernreitt. Reinhardes reitt.* Erlibach. Bruneſhofe. Charlmanneſelde. Schefloch. Pernreitt. Rinhardesreitt. Diezenreitt. Rouzinesreitt. Chounensreitt. Durrenſaze. Rechart-Tourne. Diepirgereitt. cum ſuis apendiciis. Irminsreitt. Gumprehtesreitt. Mingozisreitt. *Hiltebrandesreitt. Taginesreitt. Nuwenkirchen* (hoc eſt, Neukirchen Balbini) *Pfaffenreitt. Eberhardesreitt. Gotpoldesreitt. Wirndesreitt. Pernreitt. Fridrichesreut. Vronawe. Cretental. Teufenreitt. Izenreitt. Chounradesreitt. Toveranſdorf. Gotepoldesreitt de Magensbouh. Riwinesreitt de Rode. Rawinesreitt Stekke. Graſolvinge. Oberdorf* cum totali monte & valle & omnia illic culta & inculta, ſimiliter ahebach . . . *ut ſœpra, uſque ad ſequentia.* Praeterea ſepe jam dicte Eccleſie contulimus apud *Schambach* manſſum I. In *Chachertal IIII.* manſos. *Buheliten.* Apud *Stadila* II. manſos & dimidium. *Hemburc.* Apud *Chlingin* II. manſos & dimidium. In *Windewinchile* IIII. manſos. Apud *Schachen* III. manſos & dimidium. Apud *Sconenberc* III. manſos & dimidium. Apud *Arniſt* III. manſos. Juxta fontem XII. manſos. In *Niuwenkirchen* (prope Hembau) Manſum I. in *Moſeheim* II. manſos. Apud *Suezenberc* Manſum I. In *Sneitbach* & in *Stokke* IIII. manſos. In *Gruba* Manſum I. In *Wolmutesdorf* IIII. manſos. In *Wagenſaze* II. manſos. in *Waltenhoven* I. manſum. In *Qtereshoven* nec non In *Diefurte* I. manſum. In *Armenſelde* I.

man-

manſum Eccleſiam in *Chosrochesreut* cum tribus manſis. Item ibidem manſſum I. Predium quoque *Lobeſingen*, quod a quadam Matrona data per concambium *Wizenaha* decimatione accepimus. Aliud etiam predium in *Augico Rathardi*, quod item a fratribus S. Michaelis — — *ut ſupra.* veniat coronandus Amen. Huius rei Teſtes ſunt — *iidem.*

Actum *Babenberc* Anno Dom. M. C. XXXVIII. Indictione prima. tercia Idus Decembris. Anno Chunradi Regis tertii primo. Anno vero ordinationis Domini *OTTONIS* Babenbergenſis Epiſcopi octavi XXXII.

(L.S.) (L.S.)

Num. X.

Privilegium Innocentii II. P. An. 1139.

INNOCENTI9 Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio *Erboni* Abbati Monaſterii Beati Georgii Provingenſis ejusque ſucceſſorib9 regulariter promovendis in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentib9 nullus eſt tribuend9 effect9. ita legitima deſiderantium. non eſt differenda petitio. Qua propter dilecte in Domino fili. *Erbo*. Abbas. tuis juſtis petitionib9 clementer annuim9. & Privingenſe Beati Georgii Monaſterium cui auctore Domino preeſſe dinoſceris. ſub Apoſtolice ſedis tutelam. protectionemque ſuſcipimus. & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes. ut quecumque bona. quecumque poſſeſſiones. a fratre noſtro bone memorie *OTTONE Bauenbergenſi* Epiſcopo. & Egilberto ſucceſſore ejus aſſenſu fratrum ſuorum juſte

juſte & canonice veſtro Monaſterio ſunt oblata. aut in poſterum ab eorum ſucceſſorib9. ſive ab aliis Dei fidelib9 ſimili modo. ſeu conceſſione Pontificum. largitione Regum. liberalitate Principum. Oblatione fidelium aut aliis etiam rationabilib9 modis Deo propitio eidem loco conferri contigerit. firma tibi tuiſque ſucceſſorib9 & illibata permaneant. In quibus hec viſa ſunt propriis annotanda vocabulis. Eccleſiam *Scambahc. Hemburen.* cum ſuis appenditiis. *Gebenbahc.* cum ſuis appenditiis. *Oberdorf.* Eccleſiam *Nouwenkhirchen* (*) *Icenroute. Abach. Dietburgerout.* cum appenditiis ſuis. Adicimus etiam ut in Eccleſiis que in fundo veſtrii Monaſterii ſunt. vobis liceat honeſtos eligere Sacerdotes. qui nimirum per vos Epiſcopo preſententur. atque ſi idonei fuerint ab eodem Epiſcopo curam animarum accipiant. eique de Spiritualibus. vobis vero de temporalibus reſpondeat. Prohibemus inſuper. ut excepto Romano Pontiſice. ejuſve legato nulli licentia pateat in veſtro Monaſterio interdicti. vel excommunicationis ſententiam promulgare. Quod ſi commune in terra illa fuerit interdictum. excluſis ab Eccleſia veſtra excommunicatis. & interdictis. clauſis januis liceat vobis voce ſubmiſſa officia celebrare. Veruntamen ſi Epiſcopus veſter. conſilio & ſententia Religioſorum Virorum aliquid horum faciendum eſſe decreverit. Idipſum exercendi nichilominus facultatem optineat. Preterea de laborib9 quos propriis manibus aut ſumptib9 colitis. a vobis exigi decimas auctoritate Apoſtolica interdicimus. Decernim9 ergo ut nulli omnino hominum fas ſit prefatum veſtrum Monaſterium temere perturbare. aut ejus Poſſeſſiones auferre. vel ablatas retinere minuere. ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare. Sed omnia integra conſerventur. eorum pro quorum gubernatione. & ſuſtentatione conceſſa ſunt omnimodis uſib9 profutura. Siqua igitur &c. &c.

Ego

Ego Innocentiꝰ Catholice Eccleſie Epiſcopꝰ SS.
Ego Counradꝰ Sabinenſis Epiſcopus SS.
Ego Theodewinꝰ S. Rufine Epiſcopꝰ SS.
Ego Anſelmꝰ Presbyter Card. tit. Sancti Laurentii in Lucina SS.
Ego Vaſſꝰ Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippe SS.
Ego Petrus Caſtellanꝰ Epiſcopꝰ SS.
Ego Lucas Presb. Card. tit. Sanctorum Johannis & Pauli SS.
Ego Octavianꝰ Diac. Card. Sancti Nicolai in Carcere. SS.

Data. *Laterani* per manum *Aimerici* Sancte Romane Eccleſie Diac. Card. & Cancellarii. XIII. Kal. Novemb. Indic. IIIᵒ. Anno Dominice Incarnationis. Mᵒ. Cᵒ. XXXᵒ. VIIIIᵒ. Pontificatꝰ vero Domini Innocentii. ſecundi PP. anno Decimo.

*) Balbini vulgo dictam.

Num. XI.

Amplum Privilegium Conradi II. Imp. An. 1140.

C In nomine ſancte & individue Trinitatis *COUNRADUS* divina favente Clementia Romanorum Rex ſecundus.

Equitas Juſticie & Regni auctoritas nos ammonent. omnium quidem utilitati proſpicere. maxime vero fidelium Chriſti vota modis omnibꝰ promovere & adjuvare. Qua propter peticionibus fratrum in Cenobio ſancti Georgii *Pruuinge* Deo militancium annuentes. noſtre auctoritatis edicto communimus & corroboramus concambium quod factum eſt inter *Erbonem* predicti Monaſterii Abbatem & *OTTONEM Prefectum Vrbis Ratiſpone.* concedente videlicet & conſentiente dilectiſſimo *fratre*

noſtro

noſtro LWIPALDO DUCE Bawarorum ut beneficium Prefecti *Bucha* nominatum predicto cenobio traderetur. reddita viciſſim in jus & poteſtatem Ducatꝰ Bawarorum quadam poſſeſſione fratrum que *Manegoldingen* dicitur. cum vinea que eſt in Ratiſpona prout lex & equalitas concambii expetivit. & partis utriusque conſenſus ratum habuit. Decernimꝰ itaque ut beneficium *Bucha* fratres Provenienſes perpetuo proprietatis jure poſſideant. & locandi vendendi. commutandi. & aliis quibuslibet modis juſtis atque legitimis utendi & fruendi liberam de cetero habeant poteſtatem. Ad majorem etiam Provenienſis Monaſterii tranquillitatem regio ſtatuimꝰ decreto. ne alicui Babenbergenſium *Epiſcoporum* occaſione fundi. aut ulli cuiquam hominum Advocatum vel ſubadvocatum ſtabili conceſſione aut conſtitucione ſibi preficere liceat. ſed in ſimplici tantum Proviſore ad voluntatem & peticionem fratrum ſimplici commiſſione a Babenbergenſi Epiſcopo provideatur eidem. omni tamen exactionum genere ceſſante. omni etiam obligandi. conferendi. ſubdelegandi. preter fratrum conſenſum excluſa poteſtate. Hanc etiam legem de omnibus ipſius Eccleſie Advocatis ſive Proviſoribꝰ irrevocobiliter decernimꝰ. regia ſtatuentes auctoritate. ut ſi aliquis ipſorum dictum Cenobium infra vel extra in rebus aut perſonis aliquo modo gravare contra noſtram conſtitucionem preſumpſerit. talis omni jure ſuo in commiſſa ſibi proviſione careat. & alio per Babenbergenſem Epiſcopum ſubrogato. imperiali offenſe. ſimul & Cenobio de illatis injuriis ſatiſfaciat. Inhibemꝰ etiam & omni diſtrictu precipimus, ne aliquis Advocatorum. vel Judicum. aut aliquis hominum. qualicumque modo reum. aut proſcriptum aut hoſtem ſuum. infra ſepta cenobii. aut extra. quanto umbra ipſius digreditur ſpatio. captivare audeat vel perſequi noſtra perterritus Majeſtate. quod ſiquis contra noſtram


 ad-

adtemptaverit defenſſionem. ipſum omnibus ſuis publicatis. proſcriptioni pena decernim9 puniendum. Nullus etiam Advocatorum vel Judicum cujuscumque poteſtatis. de judiciis. aut placitis. in aliquo poſſeſſionum Monaſterii loco. ſe preter fratrum voluntatem ingerere preſumat. ſed in omnib9 bonorum ſuorum locis. Liberam Abbas aut ſuus Vicari9 judicandi homines & colonos ſuos cohercendi poteſtatem habeat. ſolo excepto homicidii reatu. ſalva tamen rerum homicide cenobio conſervandarum integritate. Preterea cum ſepedictum Monaſterium. *in artiſſimo* conſtructum ſit loco. quia ſic celitus oſtenſſum. ut audivimus. a ſuo fundari oportuit fundatore. a conterminalib9 ſibi eccleſiis. necnon & aliis quibuslibet perſonis. nunc pro terminis. nunc pro diverſis decimis. crebras ſuſtineat vexaciones & moleſtias. nulla in eo reverentia Privilegiorum regum & principum conſervata. quamvis hæc omnia confirmatione Pontificum Romanorum. Regum & Principum. aut alio juſto modo quiete ac libere Poſſidere liceret eidem. ne deinceps a quoquam conterminalium ſuorum ſpiritali vel ſeculari. cujuscumque ſit ordinis ſeu condicionis. contra tam ſollempnes Privilegiorum conſtituciones & inhibiciones. aliquas in premiſſis nec non & in omni jure ſuo privilegiato. ſuſtineat perturbationes. nos qui rigore juſticie unicuique quod ſuum eſt conſervare debemus. imperatoria decernim9 auctoritate. ut quecumque Perſona debitam libertatem. Regum aut Principum Clementia prefato cenobio collatam. aliquo modo inpulſare. aut auſu aliquo uiolare preſumpſerit. condicionis ſue dignitate careat. & omnium Privilegiorum ſuorum jure revocato & annichilato. quinquaginta libras auri puriſſimi phiſco regio componat. nichilomin9 Cenobio de illata ſibi calumpnia ſatiſſactura. & hec omnia ſalvo jure & libertatis. ejus integritate. Vt autem hec noſtra corroboratio firma & inconvulſa. omni perduret evo. hanc

car-

cartam inde ſcribi. & ſigilli noſtri appenſſione inſigniri juſſim9. manuque propria ſigno vt infra apparet corroborantes. teſtib9 ſubſcriptis. *EGILBERTUS Babenbergenſis* Epiſcopus. *EMBRICO Wirzeburgenſis* Epiſcop9. *GEBEHARDUS Aiſtetenſis* Epiſcopus. *BRUNO* Epiſcop9. *RAPOTO COMES. GOTEFRID9 CASTELLAN9 de Nurmberc. Marquardus de Grunenbach. Waltherus de Louenhuſen. Albero de Dageſteten.* & filius ejus *Albero. Albero de Dunbrunne. Otnandus de Eſchenauwe* & filii ejus *Hermann9* & *Otnand9. Burchard9 de Teufenbach.* & alii plures.

Signum Domini *COUNRADI.* Romanorum Regis ſecundi.



Monogramma.

Ego *Arnold9* Cancellari9 vice *ALBERTI* Moguntini Archicancellarii recognovi; Actum *Nurmberc.* Anno Domini M̊ C̊XL̊ Indict. III. Regnante Cunrado Romanorum Rege II. Anno Regni ejus III̊.

Num. XII.

Comparatio Praedii, ſeu feudi regalis Boucha. An. 1140.

In Nomine ſancte & individue Trinitatis *LIUPALD9* Dei gratia *Bawariorum Dux.*

Juſticia exigente compellimur Eccleſiarum utilitati proſpicere. & ea que ad decorem domus Dei. vel ad utilitatem Deo famulantium conducunt bona voluntate & pleno deſiderio collaudare & adjuvare. atque collaudando & adjuvando corroborare.

rare. Qua propter ego *LIUPALDUS Dei gratia Bawariorum Dux* ſatisfaciens pio deſiderio & juſte peticioni Domni *Erbonis* Abbatis Monaſterii Sancti Georgii quod inter Ratiſponam & Danubium ſitum eſt. ab reverentiam ſancte & invidue Trinitatis. & interventum Beati Georgii Martyris. plena devotione. ac pia voluntate. collaudo. adjuvo. & confirmo concambium. quod factum eſt inter Venerabilem *Erbonem* Prefatum Abbatem. & *OTTONEM Prefectum Ratiſponenſem*. habuit namque jam dict9 *OTTO* prefect9 *beneficium* quoddam *ad jus regni pertinens*. cui *Boucha* vocabulum eſt quod longo retro tempore per deceſſionem avorum ſuorum. & legitimam conceſſionem Predeceſſorum noſtrorum. & noſtram. ad eum beneficiario jure pervenerat. de hoc quoniam ita loci utilitas vel oportunitas poſtulabat. viſum eſt Venerando *Erboni* Abbati illud in jus Eccleſie ſue ſi poſſet legitime tranſmutare. Accepta igitur oportunitate obtinuit apud prefatum Comitem ut ipſum beneficium cum omnib9 ſuis pertinentiis exitib9 & reditib9 pratis. paſcuis. aquis. aquarumve decurſib9 cultis. & incultis. per conceſſionem noſtram. & auctoritatem in jus Eccleſie ſancti Georgii transfunderet. recepta plena & legitima compenſatione de fundis ipſius Eccleſie videlicet predio apud *Manegoltingen* ſito. cum molendino. & vinea quadam juxta fluvium qui *Regen* dicitur ſita. ſub teſtificatione legitima juris jurandi per homines legitimos facta. Quorum nomina hec ſunt. *Adelhart* & filius ejus *Orthwin & Noudunc de Munderchingen. Gebolf de Moſeheim.* Hanc autem teſtificationem ſuſcepim9 in loco qui dicitur *ad Sanctum Laurentium juxta flumen Regen* dictum. in preſentia principum terre noſtre videlicet Domni *Heinrici Ratiſponenſis* Epiſcopi. *Ottonis Friſingenſis* Epiſcopi. *OTTONIS PALATINI Comitis. ADALBERTI Comitis.* & aliorum fidelium noſtrorum. ſtatimque per manum ipſius

OT-

OTTONIS palatini Comitis qui tum temporis *advocatiam gerebat ſuper bonis regni.* Et per manum *ADALBERTI COMITIS DE WINDEBERGE* predicti Monaſterii Advocati data & accepta alterutra & juſta recompenſatione idem concambium perfecimꝰ. & nomina teſtium qui preſentes aderant ſubternotari juſſimus. *HEINRICH* & *OTTO FILII PREFECTI. filiꝰ PALATINI OTTO. Perhtolt FILIꝰ PERHTOLDI COMITIS DE ANDEHSE. Walchoun de Ahlant. Friderich de Prukeberc. Adelbero de Pruche. Erbo de Pruil. Otto de Pachuſen. Wernherus de Prunnen. Adebero. & frater ejus Routbertꝰ de Pocheſperc. Eilolfꝰ de Steine. Eggebertꝰ. & Oudalricꝰ fratres ejus. Routbertus & frater ejus Pabo de Frikendorf. Oudalricꝰ de Svaben. Luithwin niger. Roudolfus de Oſterhoven. Baltwin de Ratiſpona. Gozpolt de Rotenbach. Roudolfus de Metenbach. Adelhardus de Priſingen. Purchart de Sincingen. Hartwicus de Sinchingen Adelbero de Hunrichiſdorf. Marcwardus Stolzil. Oudalricus de Keleheim.* Vt autem hujus Concambii actio & Confirmatio rata inpoſterum. & inconvulſa permaneat. hanc Cartam inde conſcribi. & Sigilli noſtri. inpreſſione juſſimus inſigniri.

Anno Dominice Incarnationis Mill C. XL. Indict. III. VII. Idus Julii actum in loco qui dicitur *ad Sanctum Laurentium juxta flumen Regen* dictum. Regnante *COUNRADO* Romanorum Rege ſecundo. anno regni ejus tercio.

Data *Ratiſpone* per manum *Rouberti* Canonici & Capellani ejuſdem *Ducis LIUPALDI.* X. Kal. Novemb. In nomine Domini feliciter. Amen Amen Amen.

cum Sigillo

Num. XIII.

Num. XIII.

Permutatio Villae Horwen pro Sunzing. An. 1145.

In Nomine ſancte & Individue Trinitatis Ego *HEINRICUS* Divina favente Clementia Ratiſponenſis Eccleſiae Epiſcopus.

Eccleſia Ratiſponenſis cui nos auctore Deo preſidemus predium habebat in villa que dicitur Sincingen. (*) in quo & ipſius ville eccleſia ab antiquo conſtructa videtur. & hoc ipſum *HEINRIC9 Vrbis Ratispone prefect9* in beneficio a nobis habuit. *Burchardus* quoque miniſterialis Ratiſponenſis Eccleſie aliud predium habuit in villa que *Horwen* appellatur. poſitum in manu *Dietmari de Sunichingen.* qui & ipſe miniſterialis eccleſie ratiſponenſis fuit. Porro idem *Burchardus* cum eſſet homo *Heinrici Prefecti* & inbeneficiat9 eſſet ab eo. predicto videlicet Predio Eccleſie quod in Villa *Sincingen* dixim9 ſitum eſſe. adiit Clementiam noſtram. poſtulans quatin9 ei ipſum eccleſie predium ſuo predio quod ſupra nominatum eſt cambire liceret. Nos igitur utilitati eccleſie providentes. miſimus. VII. miniſteriales Eccleſie. *Sigehardum de Eberſpiunt. Arnoldum de Pacinhule. Willihalmum de Parbingen. Oudalricum de Ahchirchen. Dietmarum de Sunichingen.* & *filium ejus Dietmarum. Oudalricum de Pentlingen.* qui utriuſque predii utilitatem eſtimarent. Qui utriuſque predii utilitate perſpecta redierunt ad nos & juraverunt ſuper ſanctorum Reliquias. predium *Burchardi* utilitate preponderare. Itaque *HEINRIC9 Prefect9* reſignavit nobis ſupradictum predium quod ipſe a nobis habuerat. in villa ſcilicet *Sincingen* quicquid habebat. in Eccleſia. in edificiis. aquis. piſcationib9. pratis. paſcuis. ſilvis. venationibus. vineis. agris. cultis & incultis. queſitis & inquirendis. omnemque utilitatem

que

que erat. aut fieri poterat. & nos cum eadem integritate tradidimꝰ ipſum predium *Burchardo* per *FRIDERICI Advocati noſtri* manum. & delegavimꝰ illud in manum *Dietmari de Sunichingen.* conſervandum ipſi *Burchardo.* ſive delegandum quo ipſe *Burchardꝰ* poſtularet. *Burchardꝰ* quoque econtra tradidit eccleſie per manum *Dietmari de Sunichingen* in manum *FRIDERICI Advocati* predium quod ipſe habuerat in villa ſupradicta *Horwen.* & vineam unam ſitam in monte contra Ratiſponam ad locum qui dicitur *Wincer* cum eo jure & utilitate quo ipſe ea poſſederat. & nos ipſum predium ipſamque vineam inbeneficiavimꝰ *HEINRICO urbis prefecto.* pro eo beneficio quod ipſe nobis ut ſupra memoratum eſt reſignavit. Hujꝰ concambii teſtes ſunt more Bawarorum per aures tracti. *FRIDERICH Advocatꝰ. HEINRICH Prefectꝰ. Perhtolt de Toumprunnen. Wernhart de Motcingen. Wernher de Waninesdorf. Roudiger de Manegoltingen. Oudalrich vicedomnus, frater ejus Sigehart de Eberſpiunt.* & *filiꝰ ejus Sigehart. Ratpoto de Ramiſowa. Chouno & Chouno de Gislingen. Hartwich & frater ejus Perhtolt de Sirichingen. Ortlieb. Dietmar de Sunichingen. & filiꝰ ejꝰ Dietmar. Arnolt de Pacinhule. Karulus. Engilpreht de Judenprukke. Oudalrich Stumpfhart. Chounrat Martirare* & *frater ejus Adalpreht. Oudalrich de Pentlingen. & frater ejus Goteſcalch. Oudalrich de Hohenberch. Gotefrit Pochil. Herbort. Erchinpreht de Sinninbach. Chouno de Houedorf. Hartwich de Aikoltingen. Sigehart de Egilolfesheim. Einwich de Tufingen. Hartwich de Sunichingen. Tuto* de *Chapphilberch.* Actum eſt in caſtro Epiſcopi *Stouphe* Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti. M.C.XLV. Indictione VIII. Kalend. Aprilis.

*) Qua labarꝰ niger danubium influit, ſita eſt.

Num. XIV.

Num. XIV.

Protectorium Pontificium An. 1146.

EUGENIꝰ Epiſcopus ſervꝰ ſervorum Dei. Dilectis filiis Erboni Abbati Monaſterii Sancti Georgii Pruuingenſis ejuſque fratribꝰ tam preſentibꝰ quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſie cura nobis a Proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt. ut religioſas diligamꝰ perſonas. & beneplacentem Deo Religionem ſtudeamꝰ modis omnibꝰ propagare. Nec enim Deo gratꝰ aliquando famulatꝰ impenditur. niſi ex caritatis radice procedens. a puritate religionis fuerit conſervatꝰ. Oportet igitur omnes Chriſtiane fidei amatores religionem diligere. & loca venerabilia cum ipſis Perſonis divino ſervitio mancipatis. attentiꝰ confovere. ut nullis pravorum hominum agitentur moleſtiis. vel importunis angariis fatigentur. hujꝰ rei gratia dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibꝰ clementer annuimꝰ. & prefatum beati Georgii Pruuingenſe Monaſterium. in quo divino mancipati eſtis obſequio. ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimꝰ. & preſentis ſcripti privilegio communimꝰ. ſtatuentes ut quecumque bona quecumque poſſeſſiones ab *OTTONE* bone memorie Pauenbergenſi Epiſcopo. & Egilberto ſucceſſore ejꝰ juſte & canonice veſtro Monaſterio ſunt oblata. aut in poſterum ab eorum ſucceſſoribꝰ. ſive ab aliis Dei fidelibꝰ ſimili modo. ſeu conceſſione Pontificum. liberalitate Regum. largitione Principum. oblatione fidelium. aut etiam aliis rationabilibꝰ modis preſtante Domino eidem loco conferri contigerit. firma vobis veſtriſque ſucceſſoribꝰ & illibata permaneant. In quibꝰ hec propriis duximꝰ exprimenda vocabulis. Eccleſiam *Scambach, Humbur* cum appenditiis

ditiis ſuis. *Gebenbach* cum ſuis appenditiis. *Oberdorf* cum vineis adjacentibꝰ. Eccleſiam *Neunchirn. Iznruht. Diethpirgeruht* cum Appenditiis ſuis. *Owe. Abach. Bouhc. Brucchodorf.* ſane laborum veſtrorum quos propriis manibꝰ aut ſumptibꝰ colitis. ſive de nutrimentis veſtrorum animalium. nullꝰ omnino a vobis decimas exigere preſumat. Adicimꝰ etiam ut in eccleſiis que in fundo veſtri Monaſterii ſunt. liceat vobis honeſtos eligere ſacerdotes. qui nimirum per vos Epiſcopo preſententur. atque ſi idonei fuerint. ab eodem Epiſcopo curam animarum ſuſcipiant. eique de ſpiritualibꝰ. vobis vero de temporalibꝰ reſpondeant. Quod ſi commune in terra illa fuerit interdictum. excluſis ab Eccleſia veſtra excommunicatis & interdictis. clauſis januis liceat vobis ſubmiſſa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ejuſdem Monaſterii liberam eſſe concedimꝰ. ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extreme voluntati niſi forte excommunicati vel interdicti ſint. nullꝰ obſiſtat. Salva juſtitia matricis eccleſie. Decernimꝰ ergo.

Ego Eugeniꝰ Catholice Eccleſie Epiſcopꝰ SS.
Ego Theodewinꝰ Sancte Rufine Epiſcopꝰ SS.
Ego Ymarꝰ Tuſculanꝰ Epiſcopꝰ SS.
Ego Gregoriꝰ Presb. Card. Tituli Caliſti. SS.
Ego Wido Presb. Card. Tit. S. Criſogoni. SS.
Ego Vubaldꝰ Presb. Kard. Tit. Joh. & Pauli. SS.
Ego Aribertꝰ Presb. Kardinalis tituli S. Anaſtaſie. SS.
Ego Juliꝰ Presbyter Card. Tit. Sancti Marcelli SS.
Ego Oddo Dicaconꝰ Card. Sancti Geoorgii ad velum aureum. SS.
Ego Guido in Romana Eccleſia altaris miniſter indignꝰ SS.
Ego Johannes diaconꝰ Cardinalis Sancte Marie Nove. SS.
Ego Guido diaconꝰ Kard. S. Marie in Porticu. SS.

Dat. Viterbi per manum Guidonis Sancte Romane Ecclesie diaconi Cardinalis & Cancellarii. X. Kal. Januarii Indictione X. Incarnationis Dominice Anno M°. C°. XL°. VI°. Pontificatꝰ vero Domni Eugenii III. Pape anno ſecundo.

Num. XV.

Protectorium caeſareum ampliſſimum An. 1155.

C In. nomine. ſancte. &. Individue. Trinitatis. *FRIDERICUS* Primus Divina. ſavente. Clemencia. Romanorum. Imperator. Auguſtus.

Quoniam regalis nobilitas. & dignitas ſemper auctore Deo. quaſi ex mellifluo pietatis fonte procedunt. & ſe in dulces miſericordie rivos omnibꝰ miſericordiam & veritatem querentibꝰ largiter effundere debent. maxime tamen ſpiritali milicia. & regulari diſciplina Deo in cenobiis militantibꝰ. dives *illa* gratia ſuperhabundanter exuberare omnimodis condecet. Noverint ergo univerſſalis ecleſie filii tam moderni. quam poſt loginquas generationum progenies futuri. quod tam piis & rationabilibꝰ precibꝰ venerabilium virorum. videlicet Domini *EBERHARDI. Babenbergenſis* Epiſcopi. & *Erbonis. Bruuinigenſſis* Abbatis. quam etiam propriis votis. noſtre aures clementie. prout ad juſtas & congruas fieri debet poſtulatioues acommodaverimꝰ. & Bruuinigenſſe cenobium. in terminis danubii. juxta Ratiſponam. a ſancte recordationis. *OTTONE Babenbergenſſe* Epiſcopo octavo in honorem Dei. & beati Georgii martyris conſtructum. in noſtre robur majeſtatis ab omnibꝰ injuriis & calumniis in illud. & in omnia ſua bona exaſperantium defendendum.

&

& protegendum ſuſcipim9. & hoc idem juſticie & miſericordie opus. ad claras regum & Principum poſteritates legaliter tranſire volum9. ipſo annuente qui dat ſalutem regibus. Poſſeſſiones etiam. Agros tam vicinos quam remotos. cultos & excolendos. Similiter vineas ubicunque tam cultas quam excolendas. Eccleſias. Decimas tam in frugibus. quam in animalib9. & in volatilib9. Ortos. Pomeria. Prata cum ſuis Decimis. Silvas. Manſſos. Aquas. Navigia. & piſcationes. tam in vicinis quam in loginquis aquis. habitis & habendis. Mancipia. cunctaſque res quas predictum Cenobium in in preſentiarum poſſidet. in Molendinis. & locis vectigalib9. vel que in aliis quibuslibet reb9. *omnium* largitore bonorum preſtante. liberalitate regum. Donatione principum. vel Comitum. oblatione fidelium. divitum & pauperum. in poſterum juſte adipiſci poterit. illis & omnib9 eis in longitudine dierum ſuccedentib9. ad quorum ſuſtentacionem. hec ipſa prefate Eccleſie a quoquam mortalium condonata ſunt. vel fuerint. ſalva & integra abſque omni inquietudine in perpetuum regia noſtra corroboram9 auctoritate permanere. Sane ſiquidem ea que eidem eccleſie fundator ipſi9 memorat9 Otto Epiſcopus. vel aliquis ali9 ſuorum ſucceſſorum donata. vel deinceps donanda ſtatuerint. que ſuis Privilegiis. vel etiam ſcriptis & ſigillis reverendorum Pontificum Romanorum ſanccivetunt. vel de cetero ſanccierint. aut que aliis regum. ac qua qualiumcunque. dignitatum teſtamentis eidem cenobio firmata ſunt vel fuerint. Nos quib9 juſticia virt9 eſt. & veritas firmamentum. hec eadem modis omnib9 aprobam9 & confirmam9. ut neque aliquo modo cuiquam Babenbergenſium Epiſcoporum veluti de fundi occaſione. neque alicui alii hominum. ipſa ſancita liceat infringere. dignitatis & honoris. aut facultatum ſuarum amiſſione. quod ſi quiſpiam facere preſumpſerit. quod Deus

avertat. puniendꝰ. Vt autem ſeries noſtri decreti cunctis meliꝰ innoteſcat. bona quedam prememorati Monaſterii. ſcriptis noſtris nominatim exprimere curavimꝰ. nichilominꝰ non recitata inviolata permanere firmiꝰ ſtatuentes. ſunt autem hec. *Gebenbach. Munnebach. Sitenloch. Maliſtorf. Hemenſigile. Witenreout. Sigefrideſreout. Vnderloch. Erlbach. Bruneſreout. Charmanneſſelde. Schipſloch. Pernreut. Reginhardeſreut. Diezenreut. Ruzineſreout. Chounenreut. Durrenſaze. Rechart. Tourne. Diepirgereut.* cum ſuis apendiciis. *Irminreut. Gumprehtesreut. Megingozeſreut. Hilteprandeſreut. Taginsreut. Phaſenrent. Eberhardeſreut. Oudelricheſreut. Gotpoldeſreut. Nuwenkirchen. Wirndeſreut. Pernreut. Fridericheſreut. Vronaouwe. Credentale. Tivſenreut. Zzenreut. Chunradesreut. Toveraneſdorf. Goteboldesreout de Maginsbach. Riwineſreut* de *Rode. Rahwinesreut. Stokke. Graſolvinge. Oberdorf. Ahebach. Lengevelt.* & *Silva.* Apud *Schambach* manſſum unum. In *Chochertale.* IIII^{or}. manſſos. *Bouhilite.* Apud *Stadile.* II^{os}. manſſos & dimidium. *Hembure.* Apud *Chilingin.* II^{os}. Manſſos & dimidium. In *Windewinchile.* IIII^{or}. Manſſos. Apud *Schachen.* III. manſſos & dimidium. Apud *Schonenberch.* IIIes. Manſſos & dimidium. Apud *Arniſt.* IIIes. manſſos. *Juxta fontem* XII^{cim}. manſſos. In *Neuwenkirchen* Manſum unum & curtem. In *Grula* Manſſum unum. In *Wolmutesdorf.* IIII^{or}. manſſos. In *Waginſaze.* II^{os}. Manſſos. In *Waltenhoven.* unum. Manſſum. In *Dietfurte* manſum unum. In *Moſheim* II^{os}. Manſſos. Apud *Suezenberge* manſſum unum. In *Seitenbuhihe* & in *Stokke.* IIII^{or}. manſſos & dimidium. Ecclesiam in *Chosrocheſreout* (*) cum tribus manſſis. *Lobſinge. Prukedorf. Puech. Awe* cum eorum apendiciis. & aliis bonis.


nis. Diſtriccius etiam precipiendo ſtatuim9. ut quicumque jam ſepe dicti cenobii in Brouuenige advocatiam aut hereditario jure. aut conceſſione Babenbergenſſis Epiſcopi ſuſceperit. ea lege in animam & fidem ſuam teneat. ut nec placitum in illo loco. neque extra locum ipſum. in aliqua ejus poſſeſſionum habeat. Servicium quoque nullum. neque Steuram extra vel infra cellam requirat. neque exactionem faciat aliquam. neque. ſubadvocatum habeat. ſola content9 oracione ibi Deo militancium. & duobus bottis hiemalib9. Hanc etiam legem in omnes poſſeſſionum ſuarum advocatos indiſcuſſim transfundim9. Adhuc etiam ad majorem ſectandam miſericordie juſticiam hoc prefate ecclesie preſtam9 beneficium. ut dum ſuo orbata fuerit rectore. liberam Eleccionem Abbatis habeat. & talem libertatis & pacis tranquillitatem regia munificentia ſortiatur. ut null9 alicuj9 cauſe reum. nec proſcriptum. nec inimicum ſuum infra ſepta celle perſequi. vel ledere audeat. regie majeſtatis perterrit9 offenſſione. Preterea omni quo poſſum9 ſtudio Bruuinigenſſi Monaſterio in hoc providem9. ut novalia tam agrorum. quam vinearum. ſive Ortorum. que aut propriis laborib9. aut ſumptibus. aut peticionibus monachorum in quibuſcumque locis ſue poſſeſſionis. tam culta quam excolenda fuerint. ſine omni exactione decimarum libere & quiete in perpetuum poſſideant. imperatoria noſtra protecti libertate. ſuper hec omnia emptiones. vendiciones. concambia. qualiacumque inter hanc. & quamcumque aliam eccleſiam. ſive Perſonam. ſublimem vel privatam. legitime facta vel fienda rata & ſalva eſſe regali eternamus ſententia. Ne itaque aliquo modo noſtre tradicionis decretum infirmetur. decernim9 ut ſi qua Perſona ſecularis. vel Ecleſiaſtica. hanc noſtre corroborationis ſciens paginam. noſtre confirmationi contraria extiterit. ſi a veſpero uſque mane non reſipuerit. condicione honoris

ris ſui careat. & auri libras quinquaginta Phiſco regio. & Bruuinigenſi cenobio. eque dividendas perſolvat. ſalva tamen rerum. & juris illi9. & noſtri teſtamenti integritate. Vt autem hec noſtra confirmatio. firma & indiſcuſſa omni perduret evo. hanc formulam inde conſcribi. & ſigillo noſtro pro munimine juſſim9 inſigniri. manuque propria ad cunctorum temerariorum repercuciendum frontes. ſignum ut infra apparet inponentes. teſtes qui aderant ſubter annotari fecim9. Teſtes ſunt. *OTTO Palatin9 Senior. Perthold9 de ANDEHSE. Pertholdus Marchio de CHAMBE FRIDERICUS palatin9. Otto Comes de Valei. Rapoto Comes de ORTENBERC. Gebehard9 Comes de TOLLENSTEIN. Ludewicus de Lupourc. Heinric9 de Altendorf. Meinhardus de Parcſtein. Gotefridus de Werde. Albert9 de Chambe. Burchardus de Stein. Wernherus de Gibeſtorf. Otenand9 de Eſchenaove, Regil de Otericheshuſen.* & plures alii teſtes.

Signum Domni *FRIDERICI.* Romanorum. Imperatoris Invictiſſimi.

Actum *Nurmberc* Anno Dominice Incarnationis. Mº. Cº. Lº. Vº. Indictione. IIIª. Idus Auguſti. Regnante Domino Friderico Romanorum Invictiſſimo. Anno regni ej9. Vº. Imperii vero. tercio.

Monogramma.



*) Hodie *Kollensried* prope *Hemmau.*

Num. XVI.

Num. XVI.

Exemtio ab Advocatia Comitum Bogenſium. An. 1156.

C In nomine. Sancte. et. Individue. Trinitatis. *EBERHARDUS*. Babenbergenſis. Epiſcopus. Secundus.

Quamvis ſpe firma credim9 & certi ſum9. quod Eccleſiam Dei bene fundatam ſupra firmam petram. nequę venti neque flumina corporalis aut ſpiritalis nequicie valeant concutere. oportet tamen nos qui in ſollicitudine prę eſſe debem9. pro parte ſollicitudinis noſtre. eandem modis omnib9 quantum poſſum9 intus & foris adverſ9 eccleſiam malignantium communire. & futuris etiam caſib9 cauta circumſpectione occurrere. Noverit igitur omnium fidelium univerſitas qualiter Prvviningenſe Monaſterium a beato predeceſſore noſtro *OTTONE* Babenbergenſi Epiſcopo fundatum. ab eodem ipſo. fide bona creditum & commiſſum eſt Advocato *ADELBERTO COMITI DE BOGEN*. in animam ſuam & fidem ſuam. ea lege ut nec placitum in loco nec extra locum ipſum. in illa advocatia habeat. ſervicium quoque nullum inde requirat. neqne exactionem faciat aliquam. neque ſubadvocatum habeat. ſola content9 oratione fratrum ibi Deo militantium. & duob9 bottis hiemalib9. ipſe in vita ſua & quicumque in eandem advocatiam hereditario jure. aut beneficiaria conceſſione per manum Babenbergenſis Epiſcopi ſucceſſerit. Hoc tenore prim9 Advocat9 loci. bone memorie predict9 *COMES ADELBERT9*. in ſermone verax in commiſſo fidelis. in protectione ſtrenu9 advocatiam ipſam poſſedit & habuit. eodemque tenore fili9 ejus *PERHTOLD9 COMES* ei ſucceſſit. qui & ipſe *Oſterhoven* coram multis teſtib9 eandem advocatiam

in

in manus noſtras reſignavit. itemque recepit ibidem. interpoſita conditione illa quam premiſimus. Ad majorem autem rei geſte certitudinem. & corroborationem. ſcripto hoc commendare. & ſigilli impreſſione ſtabilire curavim9. addentes & in virtute ſpirit9 ſancti firmiter ſtatuentes. ut null9 ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum hanc juſticiam in illa advocatia infringere aut quolibet ingenio depravare preſumat. re9 corporis & ſanguinis Domini. re9 gehenne ignis. re9 in ultima fidelium & infidelium ſeparatione. perpetue maledictionis & condempnationis. quicumque hujus conſtitutionis que ante nos facta & per nos confirmata eſt. prevaricator extiterit. Recognitionis vero que a prefato *COMITE PERCHTOLDO* ſuper hoc facta eſt. teſtes ſunt iſti. *Vôjezla Abbas de Altha. Prepoſitus Gebehard9 de Windebergen. Engelſcalc9 Prepoſit9 de Oſterhoven.* Nobiles. *Adelram9 de Cammen. Adelbero de Hunriſtorf. & filii ej9 Hartwic9 & Adelbero. Goteſcalc9 de Ainkoven. Gebeno de Rincheim. Berenhardus de Mozingen. Cuonrat de Riſpach. & frater ej9 Kadolt. de Sunebrehteſtorf.* Miniſteriales. *Marcwart de Nuzbach. Hiltebolt de Ouzzingen.* Babenbergenſes Miniſteriales. *Gundeloch de Rotha Gunceli9 de Steine. Ratloch fili9 Pillungi. Ruodoldus fratruelis Rucelini. Hartlieb de Winzere. & filii ej9 Hartlieb & Eberhart. Gotebolt de Oſterhoven & fili9 ej9 Dieterich. Gozwin* de eodem loco. & fili9 ejus *Gozwin. Rudeger9 de Eberingen &* filii ej9 *Udalric9 & Eberhard9. Turinch de Tambach. Rapoto de Podingen. Eberhart de Anwaleſtorf.* & frater ej9 *Ekkehard9. Vdelſcalc de Menegenhuſen.* & alii multi.

Actum Dominice Incarnationis Anno M. C. L. VI. Indict. IIII. Regnante Domino *FRIDERICO* Romanorum Imperatore Auguſto. Anno Imperii ej9. I°. Regni vero V. feliciter Amen. Amen.

N. XVII.

Num. XVII.

Amicabilis compoſitio Controverſiæ An. 1173.

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. *HERMANNUS* Babenbergenſis Epiſcopus,

Officio noſtro congruere & nobiſmetipſis judicavim9 expedire. *domus* Domini decorem diligere. ſervorum Dei Profectib9 gaudere. utilitatibus proſpicere. ut eorum orationib9 locum nobis manſionis in domo eternitatis preparemus. Hec enim ſpes & fiducia in ſinu noſtro eſt poſita. Qua propter dilectiſſimorum fratrum noſtrorum, *Erbonis* Abbatis. ceterorumque in cenobio Beati Georgii Bruuiningen Deo famulantium devotiſſimo & alacri animo peticioni annuentes. ad dirimendam litem que inter eos & *Irmfridum de Droſcenruite* diutina concertatione verſabatur proceſſimus. Nam contradictionem jam longo tempore ab eodem *Irmfrido* habuerunt in predio quod ſitum eſt in *Gebenbach*. quo videlicet bone memorie *Otto miniſterialis* Eccleſie noſtre aliquando inbeneficiat9 erat. & quod ej9 rogatu Beate recordationis *OTTO* Epiſcopus Predeceſſor noſter Bruuiningenſi Cenobio coram multis teſtib9 tradidiſſe dinoſcitur. In quo nimirum predio predict9 *Irmfridus* conſanguine9 ejuſdem *Ottonis* cum partem aliquam quaſi hereditario jure ſibi vendicaret. fratres noſtros injuſtis exactionib9 ſemper vexabat. & quietem Deo ſervientium perturbare non ceſſabat. Quam ob rem propter pacis tranquillitatiſque cuſtodiam communicato conſilio cum fratrib9 noſtris in hac re conſenſum prebuim9. ut de

boniſ Monaſterii darentur *Irmfrido* V. Talenta. conjugi ejus V. Talenta. *Socero* illi9 *Heinrico*. II. Talenta. & filii ejus qui preſentes erant. vel qui naſcituri ſunt. omne jus proprietatis in eodem predio abdicarent. ſicque diſtributis ut dictum eſt tot talentis. omnium os obſtruatur. & nulla deinceps querela moveatur. ſed in pace ſint omnia. Et ut hec rata futuris temporib9 permaneant. cartam hanc inde conſcribi. & ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſim9. ſubter annotatis teſtib9 quorum nomina ſunt hec. *Oudalric9 & Eppo frater ej9 de Ebermundeſtorf. Otto Chuner.* & *Wirnt de Sulzbach. Erchenbreht de Mura. Otto Pincerna. Herman de Dunindevelt.* & frater ejus *Albericus* villic9 Epiſcopi. *Wolfram de Eberſpach. Tageno de Nitenowe. Gotfrit de Hauſperch. Heinricus de Phafenhoven.* & fili9 ejus *Timo. Oudalſcalch Salber. Regemar de Amberch.* & filii ejus *Otto* & *Frideric9. Chounrad9 Prepoſit9.* & fili9 ſuus *Chounradus. Razo* & fili9 ſuus *Sigbot. Bernolt. & Oudalric fili9 Bernoldi longi. Marquuardus & filii ejus Sigboto & Marquuard. Erneſt & Ortolf filii Razonis. Sigboto & filii ejus Marchwart & Rapot. Sigbot. Heinric9 calvus* & frater ejus *Wolfram. Rapot fili9 Ducis* (*) *Heinrici. Herolt. Otto fili9 Chounradi in foro. Gotfrid fili9 Irmfridi. Adalbero. & Chounrad9 fratres de Wizelofen. Herdegen de Sigfrideſruite.* & fili9 ejus *Dietericus. Herman. Hartman Steinz Gerwich. & Volnant. de Prenruite. Harman. Oudalricus. Heinricus. heinricus. Hartman.* ſervi Abbatis. *Marquuart Advocatus in Amberch.* Actum *Amberch.* III. Idus Julii. Anno Dominice Incarnationis LXXIII. Indict. VI. Regnante Domino *FRIDERICO* Romanorum Imperatore invictiſſimo.

*) At cujus Henrici Ducis? Crediderim, gentilitium Nomen Henrico fuiſſe *Herzog*.

Num. XVIII.

Num. XVIII.

Permutatio Bonorum in Wihſen cum aliis intra An. 1172 — 77.

In Nomine ſancte & Individiue Trinitatis. *HERMANNUS* Dei Gracia Babenbergenſis Epiſcopus.

Paſtoralis cure Officium id a nobis ex debito exigit. ut *Monaſteriis* noſtris divino cultui deditis bona temporalia providere curemꝰ. ut cum de Mammona iniquitatis amicos nobis ſecundum ſententiam Domini fecerimꝰ. ipſi nos recipiant quandoque in eterna tabernacula. Qua propter dilecti noſtri *Erbonis* Abbatis monaſterii Bruuiningenſis & fratrum ejus peticioni annuentes. bona Babinbergenſis Eccleſie in *Wihſen* ſita. quibꝰ *Adalbertꝰ de Chambe* inbeneficiatꝰ erat. que ipſe *Eggeberto de Talmezzingen* in beneficium conceſſit. ab eo recepimꝰ. Proinde datis eidem *Ekkeberto* per gratum concambium de bonis Monaſterii ſancti Georgii *Hunricheſdorf. Ozzingen* & *Rotmannen.* additis inſuper XX. & uno talentis. predium in *Wihſen* ſitum cum omnibꝰ pertinentiis ſuis Cenobio Bruuiningenſi tradidimꝰ. fratribꝰ inibi in perpetuum Deo ſervientibꝰ profuturum. Et ut hec noſtra traditio rata & inconvulſa in poſterum permaneat. hanc cartam inde conſcribi. & ſigillo noſtro inſigniri juſſimꝰ. & nomina fidelium noſtrorum qui preſentes aderant ſubternotari fecimus. primum meo aſſignato nomine. *HERMANNꝰ* Epiſcopꝰ. *OTTO Prepoſitꝰ ſancti Petri. Gotpoldꝰ Capellanꝰ. Engelbertꝰ de blanchenberch. Hartnit de Ratendorf. Adalbertꝰ de* *Cham-*

Chambe. Gundloch dapifer. Otto Pincerna. Eppo de Winzere. Gozwin9 de Oſterhoven. Gotpolt. Roudiger9 & frater ej9 Oudalric9 de Oſterhoven. Chunrat de Scambach. Marchwart Laideſruint. Poppo. ſervi Epiſcopi. *Ekkebert9 de Talmezzingen. Fridericus de Mulehaim. Megengoz. Pernger9. Wernhart. Heinric9. Outo. Chounrat. Oudalric9 joculatores.* & filii eorum. *Eberhart.* & *Oudalric9.* Hi omnes de *Oſterhoven. Luithwin* & fili9 ejus *Engelbert9 de Copingen. Egilolf de Ounternholzin. Oudalricus de Sconenberch.* milites *Adalberti Advocati. de Chambe. Bruno* & *Eberhart* frater ejus de *Gozwineſtaine. Otto Camerari9 de Slenne. Herbort de Hage. Herdegen. Herman poutougelere. Heinric9 dapifer.*

Num. XIX.

Compoſitio litis inter Monaſteria Prunveningenſe & Oſterhovienſe intra An. 1177 — 92.

In nomine ſancto & individue Trinitatis *OTTO* Dei Gratia Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopus II. Notum eſſe cupim9 cunctis Chriſti fidelib9 preſentib9 & futuris qualiter *Roudolfus de Oſterhoven fratri ſuo Gotepoldo.* XXX. talenta tradidit ea conditione ut beneficium camere quod ſitum eſt in *Goſſenbach* quo ipſe inbeneficiat9 erat a Babenbergenſi Epiſcopo reſignaret *EBERHARDO* Epiſcopo. at *Goteboldus* cum bone voluntatis aſſenſum fratri ſuo prebuiſſet & beneficium ſuum Domino Epiſcopo reſignaſſet. *EBERHARDUS Epiſcopus* illud beneficium cum ſuis pertinentiis Monaſterio Bruuiningenſi tradidit omnino in proprietatem de potenti manu. ſed prepoſitus de Oſterhoven gravem inquietudinis moleſtiam in eo Bruuingenſib9 excitabat quod eos

non

non ſinebat ſine controverſia uti bonis ab Epiſcopo conceſſis. Quocirca ego *OTTO* Epiſcop9 ut inter utrumque Monaſterium pacis caritatiſque cuſtodiam reformarem mea id auctoritate conſtitui ut ſingulis annis. XIIII. ſolidos Prepoſit9 de *Oſterhoven* Monaſterio Bruuingenſi daret ſicque ad dirimendam litem firma pactio conſtaret. Eandem autem pecunie quantitatem in feſto ſancte Margarete annuatim perſolvendam decernimus. Et ut hec noſtre conſtitutionis ſcripta rata & inconvulſa permaneant preſentem inde cartulam conſcribi & ſigilli noſtri inpreſſione ſignari juſſimo, Teſtes huj9 conſtitutionis ſunt iſti *Hermann9 Archidiacon9. Walchun de Chambe. Rapot de Podingin. Eppo de Hergoltingin. Gozwin de Oſterhoven. Chunrat de Winzere. Gundeloh de Podelndorf. Gotbolt de Oſterhoven. Otto Slicher de Aiche. Rudger. Oſſo de Oſterhoven. Eberhart de Anewaltſdorf. Marquart de Wolua. Hartlib de Winzere. Rapot junior de Podingin.*

Num. XX.

Cæſarea confirmatio permutationis. An. 1187.

FRIDERICUS. Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. in perpetuum. Quoniam ea que pie & rationabiliter acta ſunt. pro longa temporum volubilitate. frequenter conſueverunt tradi oblivioni. & pro voluntate poſterorum aliquando in deteri9 alterari. idcirco poſteris ſcripto mandare dignum duxim9. concambium atque commutationem prediorum. que facta eſt inter dilectum noſtrum *OTTONEM DUCEM BAWARIE.* & Abbatem de *Provinìngen.* Noverit igitur tam preſentis quam poſt future etatis imperii fidelium Vniverſitas. quod

idem

idem Dux Bawarie. dedit & contradidit per manum noſtram Eccleſie Proviningen. & fratrib9 ibidem Deo famulantibus. manſum quem habebet in confinio prenominati Monaſterii. Dedit autem eundem manſum donatione perpetua refutans tam pro ſe quam pro ſuis heredibus omnem proprietatem ſive dominium ejusdem poſſeſſionis. & tradens illud Eccleſie iam denominate. cum omni jure & proprietatis integritate. conceſſit autem & dedit iam dictus Abbas *Erbo.* ex conſilio & voluntate omnium fratrum ejuſdem cenobii. domum quam habebat ipſa Eccleſia Proviningen. in Civitate Ratiſponenſi. in platea que dicitur *vicus figulorum* (*) & predium quod *Suanilbach* nuncupatur. predicto. Principi noſtro. *OTTONI DUCI BAWARIE.* & ejus heredib9. qui poſt ipſum. Ducatum obtinebunt. cum omni jure eidem predio pertinente. Vt igitur hec commutatio prediorum ſive poſſeſſionum rata permaneat & inconvulſa. preſentem Cartam inde fecim9 conſcribi. & noſtre auctoritatis ſigillo communiri. ſtatuentes & diſtricte precipientes. ne aliqua Perſona eccleſiaſtica vel ſecularis. ſuprafactum concambium ſive commutationem. ullo modo infringere ſeu inmutare attemptet. Siquis vero huic noſtre inſtitutioni obviare preſumpſerit. X. libras auri pro pena componat. quarum medietas Phiſco noſtro. reliqua vero injuriam paſſis perſolvatur. huj9 rei teſtes ſunt. *COUNRADUS SALZPURGENSIS* Archiepiſcopus. *COUNO Ratiſponenſis* Epiſcopus. *OTTO Babenbergenſis* Epiſcopus. *DIEPOLD9. Pattavienſis* Epiſcopus. *EGELOLFUS Eyſtetenſis* Epiſcopus. *OTTO DUX BAWARIE. OTTO PALATINUS frater ejus. COUNRAD9 Caſtellan9 de Nourimberc. COMES ALBERT9 DE BOGIN.* & alii quam plures. Acta ſunt hec. anno Domini. M̊. C̊. LX-

LXXXI. Indict. XIIII. menſe Martio. in caſtro *Nourimberc.* Datum Werde. V. Idq. Marcii.

*) Platea iſta hodie extra Mænia eſt, *Brennbrunn*, vulgo *Prebrunn* dicta, & Hofmarchia Nobilium *Trainer Zu Aw* vnd *Prebrun.*

Num. XXI.

Redemtio Vinearum in Oberndorf An. 1186.

✠ In nomine. Sancte. & Individue. Trinitatis. *OTTO Secundus*. Dei. Gracia. Babenbergenſis. Epiſcopus.

Sicut tempora labuntur. ita actus hominum. ſi ſcripto non conſervantur. a memoria hominum cum tempore labuntur. Ea propter notum facimus omnibus tam futuris quam preſentib9. quod *LOUDWICUS DUX BAWARIE.* & patru9 ejus. *OTTO PALATIN9.* accipientes ab *Erbone* Abbate de *Brouvininge.* & fratrib9 ejus Dux nonaginta. Palatin9 Octoginta talenta & quinque. tres vineas in *Oberdorf.* cum appendiciis agrorum. quib9 ab eccleſia babenbergenſi inbeneficiati erant. in manus noſtras reſignaverunt. & ut eas Brouviningenſi cenobio contraderem9 rogaverunt. Nos autem libenti animo peticioni eorum annuentes. & dilectis filiis noſtris bona providere cupientes. predicto Abbati *Erboni.* & omnib9 ſucceſſorib9 ejusatque fratrib9 Deo & beato Georgio in eodem loco ſervienti9. eaſdem vineas. cum adtinentib9 agris. in perpetuum poſſidendas tradidim9. & ut hujus facti. illorum videlicet reſignationis. & noſtræ donationis memoria. nulla oblivione. ſive retractatione. deleri. vel irrita fieri poſſit. hanc cartam inde conſcribi. & ſigilli noſtri inpreſſione juſſim9 roborari. Hujus rei teſtes ſunt.

OT-

OTTO friſingenſis Epiſcopus. *PERCHTOLDUS MARCHIO DE ANDEHSEN. DIETRICUS COMES DE WAZERBURCH. CHUNRADUS COMES DE MOSBURCH. Purchardus de Steine. Wernher9 de Laber. Ratoldus de Reimprehteſdorf. Chalhohus de Chirchperch. Oulric9 de Pentlinge. Heinricus Saligerchint de Friſinge. Diepoldus de Schrouenhouſen. Ekkebertus de Talmeizinge. Perhtoldus de Auekkinge. Walchounus* de *Hage* & frater ejus *Wernherus.* cognomento *Houzze.*

Acta ſunt hec in palacio noſtro. *Ratiſpone.* Anno Dominice Incarnationis Milleſimo. Centeſimo. Octogeſimo. Sexto.

Num. XXII.

Donatio Vineae in Oberndorf. circa Anno 1186.

✠ In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. *OTTO ſecundus* Dei Gracia Babenbergenſis Epiſcopus.

Sepe oblivionem paciuntur mentes hominum. ſi non per ſcritupram adhibitum eis fuerit remedium; Proinde notum facimus omnibus tam futuris quam preſentibus. quod *Oulricus de Pentlinge.* acceptis quinquaginta talentis a fratribus Brouvininingenſibus. vineam in *Oberdorf* reſignavit *CHUNRADO COMITI DE MOSBURCH.* Item Comes reſignavit *LOUDWICO DUCI BAWARIE.* Itidem Dux reſignavit nobis. Nos vero per manum *OTTONIS Palatini* tradidim9 eam fratrib9 in Monaſterio *Brouvininge* Deo & Beato Georgio ſervientibus. Et ut hec illorum reſignatio. & noſtra donatio rata & intemerata permaneat. Hanc Cartam conſcribi. & ſigillo noſtro juſſim9 muniri. Hujus rei te-

ſtes ſunt. *LOUDWICꝰ DUX BAWARIE. PERCHTOLDꝰ DUX MERANIE. OTTO PALATINUS FRIDERICUS QUONDAM PALATINUS. ALBERTUS COMES DE POGEN. Hugo de Tegenberch. Ratoldus de Chager. Oulricus de Schrovenhoven. Gotfridus de Ratiſpdna. Heinricꝰ de Werde. Ekkebertus de Ekkenmoul. Helmbertꝰ de Rotenbach. Einwicus de Pouchpach. Eberhardus de Tanhouſen.*

Num. XXIII.

Concambium cum Ekkolvingen An. 1189.

✠ In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego *COUNRADUS* Dei gratia *Ratiſponenſis* Epiſcopꝰ. omnibus Chriſti fidelibus. ſalutem in eo qui ſalꝰ eſt omnium. Cum divine promiſſionis veritas, quod uni ex minimis ejus eſt exhibitum, ſibi in retributione meritorum reputet exhibitum ſperamꝰ per Dei Clementiam. quia ſi quid pietatis Dei ſervis impendimꝰ. repenſam premii largitionem in eternitatis lumine recipiemꝰ. Qua de re conſiderantes dei ſervos in *Provveningenſi* cenobio. quorum ſublimis converſatio in celis eſt quorum tam ſerenꝰ eſt ſecretorum Dei intuitus. ut in illo ſuperne contemplationis oculo ſponſum amore vulnerent. & ſi illorum indigentie ſuccurrere non poſſumus ſaltem quieti conſulere diſpoſuimꝰ. Agros igitur eccleſie noſtre predicto cenobio conterminos. quia ipſo ſui ſitu, memoratis Dei famulis pene ſunt inevitabiles. & ſiquid aliud in illorum confinio noſtra poſſedit eccleſia que omnia quinque nobis ſolidos. & V. denarios annuatim ſolvebant. pro bonis eorumdem fratrum quecunque in *Ekkolvingen* poſſident. que unꝰ talenti annuum cenſum perſolvunt in concambium

bium dedim9. Advocato noſtro *OTTONE.* & illorum Advocato *Comite Adelberto de BOGEN.* huic alterne traditioni conſenſum. & manus interponentib9. & auctoritatem ſuam rite preſtantib9. ita ut & ea que dedim9. illorum Cenobium pro propriis perpetuo poſſideat. & que recepim9 noſtra eccleſia perenni proprietatis jure teneat. Quia vero hacten9 noſtri juris erat. ut nos & noſtri homines illi ſcilicet quos conſuetudo in hoc diſcrevit. in portu danubii ibidem ſine vectigalib9 tranſduceremur. hanc nobis juſticiam illibatam volum9 reſervari ceteris omnib9 que ibidem poſſedim9. illorum proprietati ſubjectis. Ne qua vero in poſterum huj9 mutue traditionis poſſit fieri retractacio. aut hinc inde vlla diſſolutionis inferatur queſtio. preſenti Privilegio cautum eſſe volum9 & pontificali poteſtate quam a Deo licet indigni accepim9. alterne hujus donationis contractu perpetim roboramus. Teſtes hii ſunt. *Heinricus major prepoſit9. Rapotho decan9. Oudalricus Parrochian9. Egelolfus. S. Johannis prepoſitus. Beleth9 Magiſter Scolarum. Rudegerus. Perhtold9 de Hereſingen. Wernhard9. Frideric9 freno. Herbort Zolner. Frideric9 Cellerari9 veteris Capelle. Oulric9 & Heinric9 Capellani Epiſcopi. Wernher9 Parrochian9. S. Emmerami. Oudalric9 Sibenman. Adelbert9 Comes de BOGEN. Counrad9 Comes de DORNBERC. Adelbert9 & Walcoun de Camberc. Pernhardus de Moſen. Sigehardus de Eberſbiunte. Heinricus & Hartwic9 de Fronowe. Gozwin9 dives. Adelbert9 de Outten. Adelbert9 de Suzembach. Karol9* Ratiſponenſis. *Oudalric9. & Roupert9. Kœrgel Adelbertns. & Livthwin9 in Heida. Hartwic9 de Lietenberc. Adalhardus de Saler. Walter9 de Valkenſtein.*

Actum. Anno ab incarnatione Domini. M C. LXXXVIIII. Indictione. VII. IIII. Kal. April. *CLEMENTE* Papa. Apoſtolatum

tum tenente. & regnante *FRIDERICO* glorioſiſſimo Romanorum Imperatore. *CUNRADO* Epiſcopo Ratiſponenſi Eccleſie preſidente Anno Electionis ejus IIII. Pontificatus. III. feliciter Amen. Amen. Amen.

Num. XXIV.

Donatio Silvae Nordwald An. 1194.

C ∴ In nomine ſancte & individue Trinitatis. *OTTO* ſecundus divino munere Babinbergenſis Epiſcop9.

Prerogativa dilectionis ac benevolentie quam omnibus Eccleſiis conſuevim9 impendere. ortatur & ammonet nos divinit9. ut quaslibet Eccleſias. hoſpitalitate. ac Religione preditas. quas pre aliis ſpeciali9 habem9 commendatas. diligenti9 omnimodis foveam9. & earum defectum ac penuriam miſericorditer conſiderantes pro poſſe noſtro ſub ſpe retributionis eterne in remedium anime noſtre. illarum inopiam. per noſtram qualem cunque copiam clementer ſublevem9. Inde eſt quod ad omnium Chriſti fidelium tam futurorum quam preſentium noticiam pervenire cupim9. quod nos ad petitionem dilecti noſtri *Rudegeri.* Abbatis. & toti9 Collegii *Pruueningenſis.* conſilio & conſenſu dilectorum. ac venerabilium fratrum noſtrorum canonicorum. ac familiarium noſtrorum. miniſterialium *Babinbergenſis* Eccleſie. de nemore noſtro ſecus *Kranach.* quod vulgariter dicitur *Nortwalt.* ad LXXX[ta] manſos excolendos. & pleniter emetiendos. cum omni poteſtate. & utilitate inde profutura. mona-

ſterio noſtro *Pruueningen.* donauim9 ac delegavimus. & ne inpoſterum aliqua ſuper hoc exoriatur contentio. ſitum. ſimul & metas. nemoris prefati. ſupradicto monaſterio aſſignari. preſenti pagina notari fecim9. Idem enim predium incipit. ad ortum cujuſdam fluvii. qui vulgo dicitur *Tyzwiz.* & inde procedens trans flumen. quod dicitur *Tœtin.* protenditur ad alveum fluvii. qui vocatur *Chletiz.* ad cujus ſumitatem & ortum. verſ9 aquam ſupra. pretaxatam quantitatem hubarum. eidem monaſterio aſſignari juſſim9. quib9 ſiquid min9 forte ibi inventum fuerit. nos ex parte ejuſdem nemoris proximo adjacente. fratribus prenominati cenobii copioſe id ſuppleri conſtituim9. Verum quia ex advocatorum ſeva & inmani perſecutione. ac nequicia. hominibus diverſa nunc incumbunt pericula. prefato Abbati. & omnib9 ejus ſucceſſorib9. libertatem ac optionem dedim9. ut ipſi advocatiam ejuſdem predii. quod illis in ſupradicto nemore contulimus. cuicunque velint committant. & eccleſiam ſiqua in pretaxato predio conſtructa fuerit. jure fundatoris. quod in ea habent. cui velint libere concedant. Preterea ſtatuim9. ut tercia pars decimarum prelibati predii. eidem Eccleſie contingat. in uſum ſacerdotis Deo jugiter ibidem ſervientis. & ut alie due dentur in uſus monaſterii predicti. juxta nutum Abbatis. cui eas ille diſpoſuerit. Siquis igitur huic noſtre donationi. & confirmationi. aliqua violentia contraire voluerit. nos illum in verbo Domini. Auctoritate Beati Petri. Apoſtoli. & licentia Domini Apoſtolici. noſtraque poteſtate. quam habemus divinitus. vinculis anathematis innodamus. & niſi reſipuerit. eternis incendiis ipſum cremandum deputam9. vt igitur hec omnia rata & inconvulſa permaneant. preſentem paginam inde conſcribi & ſigilli noſtri teſtimonio fecim9 muniri. Hujus autem teſtes ſunt *Timo major Prepoſitus. in Babinberc. Eilhard9 Decanus. Ebehard9*

hard9 Cantor. Chunradus Cuſtos. Chunradus Cellerari9. Reinhard9 Scolaſtic9. Gundelous de Mamînſtorf. Vlricus de Wiſchenvelt. Otto de Luttenbach. Otto de Sleten. & frater ejus. *Helembricus. Heinricus de Rute.* & frater ipſius. *Herdegin9. Eberhard9 de Chetſendorf. Ludewuic9 de Bunahe. Rudolphus. de Widelize. Ebo de Vrœneſtorf. Chuno de Smoulnce. Eberhardus de Wiſentouwe.* & alii quam plures. Canonici & Miniſteriales. Acta ſunt hec. anno Incarnationis Domini. M°. C°. LXXXX°. IIII. Indictione. XIIma. Anno Pontificat9 noſtri. XVII°.

Datum Baierrute. V. Idus. Novembris.

Num. XXV.

Reſtitutio Molendini prope Nittenau, & remotio Advocatorum Anno. 1196.

In Nomine. ſancte. & Individue. Trinitatis. *OTTO.* Dei. Gratia. Babenbergenſis. Eccleſie. Epiſcopus. *Secundus.* Omnib9 in perpetuum.

Quoniam Apoſtolica exhortatione admoniti dicente non debent filii theſaurizare parentib9. ſed parentes filiis. unde peticioni ſacri Conventus Monaſterii noſtri in *Pruveningen.* gratum aſſenſum prebentes. quodam paterno affectu in omnib9 communi eorum utilitati in poſterum providere decrevimus. hac pia videlicet intencione. ut dum illi noſtra largicione ſuſtentantur in temporalibus. nos illorum comitantibus orationib9. ſummam premii a Deo recipiam9 in celeſtibus. Notum igitur ſit cunctis Chriſti fidelib9. tam futuris quam preſentibus. quod nos una cum aliis miſericordie operibus dicto monaſterio irrefragabiliter impenſis. pro remedio anime noſtre & omnium pre-

de-

deceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum. & omnium nobis commiſſorum donationem cujuſdam molendini. ſiti in ripa fluminis. quod vulgo dicitur. *Regen.* prope villam noſtram. *Nitenou.* Hoſpitali prefati cenobii. ad ſuſtentationem pauperum. a Beate memorie anteceſſore noſtro *EBERHARDO* Epiſcopo. in compenſationem. XXV. talentorum ſibi a fratribus dicte Eccleſie accomodatorum legitime factam. ſed a felicis Recordationis item predeceſſore noſtro *HERMANNO* ad ſuos uſus illicite retractam. communi capituli noſtri conſenſu accedente. ſepedicto monaſterio ex integro omni advocato & jure advocatie vacantem reſtituimꝰ. invocationem diſtricti examinis. iuſti Iudicii Dei. contra omnes huius donationis violatores facientes. Preterea ad majorem Pruveningenſis Eccleſie utilitatem. utriuſque ſexꝰ Eccleſie noſtre mancipia in vicina villa ipſiꝰ celle perpetuis temporibꝰ commorantia. ad debitum cenſum premotato cenobio delegamꝰ. nichilominꝰ Deo auctore hoc adicientes. ut ſi quod Eccleſie noſtre mancipium metu rerum & perſone. vell alia legittima occaſione impeditum. debitum cenſum nobis perſolvere non potuerit. huic eundem cenſum ad altare ſancti Georgii in Pruueningen noſtra indulgentia offerre liceat. precipue tamen illa mancipia que propter maliciam temporum & hominum diſperſa latitant. nec ſupra ſe a nobis officiales habent ſpecialiter conſtitutos.

Conſiderantes etiam maximam & intolerabilem Advocatorum maliciam & violenciam. qua ſine diſcretione & miſericordia. in commiſſas ſibi deſeviunt Eccleſias. in hoc omni quo poſſumꝰ ſtudio pruveningenſi providemꝰ Eccleſie. ne alicui ſucceſſorum noſtrorum aliquem advocatum ſibi inſtituere vel preponere aliquo modo liceat. niſi quem ad peticionem fratrum ibi-

dem

dem Deo ſervientium. pro tempore ſibi neceſſarium & utilem eſſe cognoverit. ſine omni exactione & moleſtia. ipſam advocatie proviſionem habiturum. Quod ſi talis itaque magis proviſor dictꝰ quam advocatꝰ in aliquo ſepe fatum monaſterium inquietare preſumpſerit. ex ipſa ſui preſumptione omnino ſe depoſitum eſſe cognoverit. & alium ad peticionem fratrum magis ydoneum. a Babenbergenſi Epiſcopo ſibi ſciat ſubrogandum. Siquis igitur huic noſtre Donationi. & Conſtitutioni. & Confirmationi. aliqua fraudis machinatione vel violencia contrarie preſumpſerit. Nos illum in verbo Domini. Auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. & licentia Domini Apoſtolici. noſtraque poteſtate quam habemꝰ divinitꝰ. vinculis anathematis innoditionis damus. & niſi citiꝰ reſipuerit. eternis incendiis ipſum filium perhorribili Dei ſentencia cremandum deputamꝰ. ut autem hec omnia rata & inconvulſa permaneant. preſentem paginam inde conſcribi. & ſigilli noſtri teſtimonio fecimꝰ muniri. Teſtes. Dominꝰ *DIEPALDUS Patavienſis* Epiſcopꝰ. *PERHTOLDꝰ MARCHIO ISTRIE. Timo major Prepoſitꝰ Babenbergenſis. Eilhardꝰ Decanꝰ. Eberhardꝰ Cantor. Chunradꝰ Cuſtos. Chunradꝰ Cellariꝰ. Reinhardꝰ Scolaſticꝰ. Gundolhohꝰ de Maminſtorf. Otto de Sleten.* & frater ejus *Helmbricꝰ. Arnoldus de Brouhuſin. Hermannꝰ de Chranach. Popo de Stirberch. Heinricꝰ Eglolfeſtein. Perngerꝰ de Babenberg.* & alii quam plures.

Acta ſunt hec in *Oſterhoven.* Anno Gracie. M.C.LXXXX.VI. (*) Indictione XIIII. Anno Pontificatꝰ noſtri. XVII. Datum Oſterhoven VIII. Idꝰ Aprilis feliciter. Amen.

*) Hoc anno obiit hic *OTTO* II. dictus *Largus*, ut ex Hermanno Abbate nideralt. Scribit cl. Oefelius Tom I. pag. 664. *Ad an.* 1196. *Otto Epiſcopus Babenbergenſis obiit ſuccedit Thiemo.*

N. XXVI.

Num. XXVI.

Conceſſio Feudi Bambergenſis Poppenreut poſt An. 1207.

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. *ECKENBERTꝰ* dei gratia Babenbergenſis Epiſcopꝰ omnibꝰ Chriſti fidelibꝰ in perpetuum. Quia res rationabiliter geſta tum temporum mutabilitate, tum iniqua falſariorum aſſertione aboleri ſolet & perverti ideo notum eſſe volumꝰ tam preſentibꝰ quam futuris. Quod dilectꝰ noſter miniſterialis *Poppo de Stierberch* acceptis nonaginta tribꝰ libris a dilecto noſtro *Hartmanno* Venerabili in *Pruuſſenyngen* Abbate, villam que vocatur *Poppenrewt* quam a fratre noſtro. *OTTONE* illuſtri *DUCE MERANIE* in feodo tenuit in preſentia noſtra ipſi fratri noſtro' reſignavit Prenominatꝰ etiam frater noſter idem feodum ad peticionem noſtram in poſſeſſionem predicti Cenobii transfundendum nobis reſignavit. Nos itaque ſupra dictam villam cum omnibꝰ adtinenciis Silvis decimis cultis & incultis delegatam in manꝰ *GEBHARDI LANTGRAVII* contradidimꝰ libere & ſine omni contradictione fratribꝰ Sancti Georii in Pruſſenyngen conſentientibꝰ in hoc *Bopponе filio prefati Bopponis* & duobꝰ filiis fratris ſui *Irmfrido* & *Vlrico* & renunciantibꝰ juri quod in eodem feudo habere dinoſcebantur Vt autem hujꝰ donationis noſtre factum ratum & inconvulſum permaneat preſentem inde paginam conſcribi & ſigilli noſtri inpreſſione communiri precepimꝰ.

Num. XXVII.

Confirmatio Apoſtolica curtis Oberndorf An. 1220.

HONORIꝰ Epiſcopꝰ Servꝰ Servorum Dei. Dilectis filiis. Abbati & Conventui Pruuigenſis, Salutem & Apoſtolicam

Be-

Benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum. & vota que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationib9 grato concurrentes aſſenſu, Curtem de Oberndorf cum Decimis & pertinentiis ſuis. ſicut eam juſte ac pacifice poſſidetis. vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmam9, & preſentis ſcripti patrocinio communim9.

Nulli ergo &c. &c. Datum *Laterani* X. Kal. Junii. Pontificat9 noſtri anno Quinto.

Num. XXVIII.

Confirmatio contractus Vitalitii An. 1221.

In Nomine. Sancte. & Individue. Trinitatis. Amen. *EKKEBERTUS.* Dei. Gratia. *Babembergenſis* eccleſie Epiſcop9. omnib9 in perpetuum.

Multis Auctoritatib9 inſtruimur ut ea que rationabiliter geſta ſunt ſcripture ſubſidio corroborentur. Qua propter noverint omnes tam preſentes quam futuri. Quod quidam Civis Ratiſponenſis. *Leuppoldus* cognomine *Prager.* ſibi & filie ſue. *Adelheidi.* & tercie perſone infra annum a proximo Paſcha denominande pro centum libris comparavit vineas in *Honchtal.* & duas Curias in *Sinzingen* cum omnib9 attinentiis quo ad vixerint poſſidendas. ſub hac forma. ut poſt mortem predictarum Perſonarum. prefate vinee & earum uſ9 fruct9 libere & abſolute. & abſque omni honere ad cenobium *Pruuinenſe* aput quod comparate ſunt prenominate vinee. & curtes. cum omni integritate revertantur. Hec eciam appoſita fuit condicio. ut ſi tercia perſona infra annum expreſſe non denominabitur. pactum de vineis factum, non extenditur niſi ad duas perſonas premiſſas.

ſas. hoc quoque fuit adjectum quod pactum iſtud transferri poterit. ad alias Perſonas. ejuſdem etatis. vel majoris. ſi inopie neceſſitas exegerit. Pari ratione idem pactum obſervabitur de curiis. ſicut de vineis. nec hoc eſt pretermittendum. quod ſi aliquis impetiverit eundem. *Levppoldum* ſuper tali emptione. nos & Abbas ſupra dicti Cenobii cum ſuo Collegio. ipſum ab impetitione abſolvemꝰ. & ut hec firma. & inconvulſa permaneant. ſigillo noſtro. & Abbatis. & Conventus hanc paginam duximꝰ confirmandam. Hujꝰ rei teſtes ſunt. *Oulricus de Werde* Archidiaconꝰ. *Oulricꝰ vicedominus* Magiſter *Hermannꝰ*. Canonici Ratiſponenſes. Magiſter *Oulricꝰ* de inferiori Monaſterio. Magiſter *Krapht*. De Sancto Stephano & de *Teverſtat* Decani. Canonici Babenbergenſes. *Chunradꝰ* de *Hundelkoven*. *Erkenbertꝰ dapifer*. Miniſteriales babembergenſes. Cives Ratiſponenſes. *Gozwinꝰ apud portam. Paldwinꝰ Vorburch* & *Levtwinꝰ ſuper danubium. Ortliep. Kofelman. Hertwicꝰ Prager. Roudiger Kelmœr. Wirtnto de Prunteit*, *Heinricꝰ* filiꝰ. *Timonis. Karulꝰ Theloneariꝰ. Rapot Sculteta. Lutwinꝰ apud Capellam. Karulꝰ Grans. Grimoldꝰ apud Capellam. Oulricꝰ Gropel. Fridericꝰ Vtinger. Ekkebertꝰ inter Romanos. Zeizfrit.* & filiꝰ ejꝰ *Treutwinꝰ. Adelhardus dulcis. Grimolt inter Raſores.* & frater ſuꝰ *Gerhart. Friderich Stolz.* & filii ſui. *Hertwicꝰ.* & *Fridericꝰ.* & alii quam plures. Acta ſunt hec. anno Dominice Incarnationis. M. C̊C̊. XX. I. Indictione IX. regnante. Friderico ſecundo. Romanorum Imperatore. Datum *Ratiſpone.* preſidente. *CHOUNRADO* IIII. Pontificatꝰ ſui anno. XVII. ſub Abbate Prvvinenſi. *Hartmanno.*

N. XXIX.

Num. XXIX.

Reſciſſio Sententiæ N. Excommunicationis. An. 1223.

HONORIꝰ Epiſcopꝰ ſervꝰ ſervorum Dei. Dilectis filiis. . Abbati de *Cremiſmunſter* . . *Sancti Nicolai* & . . de domo *Sancti Floriani* Prepoſitis Patavienſis Dioceſſis. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sua nobis . . Abbas & Conventꝰ Monaſterii *Priviningenſis* inſinuatione monſtrarunt. Quod cum nobilis vir (*) *DUX BAWARIE* Ratiſponenſis dioceſis ipſos ſuper quodam monte ac rebus aliis coram . . Abbate de *Walrebach & ejus* collegis ex delegatione apoſtolica traxiſſet in cauſam. quia dicti Judices nullas ad deliberandum inducias concedebant prorſus eiſdem humiliter requiſiti. dicti . . Abbas & Conventꝰ ſentientes indebite ſe gravari noſtram audientiam appellarunt. At illi eorum appellatione contempta excomunicationis tulerunt ſententiam in eoſdem. Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamꝰ, quatinꝰ ſi dictam excomunicationis ſententiam poſt hujuſmodi appellationem inveneritis eſſe latam denuntiantes eam penitꝰ non tenere. in eadem cauſa juxta priorum litterarum continentiam ratione previa procedatis. alioquin partes ad priorum Judicum remittatis examen appellantes in expenſis legitimis condempnando. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nichilominꝰ exequantur. Datum *Anagnie*. II. Non. Octob. Pontificatꝰ noſtri Anno Octavo.

P. G.

* Ludovicus.

Num. XXX.

Confirmatio apoſtolica permutationis cum Caſtro Abach. An. 1231.

GREGORIUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Dilectis filiis: Abbati & Conventui Monaſterii Provinenſis. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ea que Judicio vel concordia terminantur. firma debent & illibata perſiſtere. & ne in recidive contentionis ſcrupulo relabantur Apoſtolico convenit preſidio communiri Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibꝰ inclinati. compoſitionem que inter vos ex parte una. & Clare memorie. *L. Ducem Bawarie* ex altera. ſuper *Caſtro Ahbac* & rebꝰ aliis. mediantibus. Abbate de *Tegrenſe. Prepoſito Ratiſponenſi* & eorum Collegis amicabiliter interceſſit. ſicut ſine pravitate provide facta eſt. & ab utraque parte ſponte recepta. & hactenꝰ pacifice obſervata. & in litteris exinde confectis pleniꝰ dicitur contineri, auctoritate Apoſtolica confirmamꝰ. & preſentis ſcripti patrocinio communimꝰ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere. vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis Dei. & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Reate*. X. Kal. Decemb. Pontificatꝰ noſtri Anno Quinto.

Num. XXXI.

Alia ejuſdem Pontificis confirmatio Anno eodem.

GREGORIꝰ Epiſcopꝰ ſervꝰ ſervorum Dei. Dilectis filiis . . Abbati & Conventui Pruuinienſi Ordinis Sancti Benedicti

Ra-

Ratiſponenſis Dioceſis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam. ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationib9 grato concurrentes aſſenſu, Perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati. cum omnib9 bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipim9. Specialiter autem villam in Chunigeſwiſen & Curtes quas quondam. L. *Dux Bowarie* accedente conſenſu. O. Nati ſui, Monaſterio veſtro pia (*) liberalitate donavit, & alia bona veſtra ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos dicto Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmam9, & preſentis ſcripti patrocinio communim9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ej9 ſe noverit incurſurum. Datum *Reate*. III. Kal. Decembris Pontificat9 noſtri Anno Quinto.

P. Ad.

*) Non hiberalem donationem, ſed permutationem interveniſſe, probat Inſtrumentum ſequens Ludovici Bavariae ducis.

Num. XXXII.

Compenſatio ducalis pro fundo Caſtri Ahbach, & Privilegium Summi Capellani. An. 1234.

LOUDEWICUS Dei gratia *Palatin9 Comes Rehni & Dux Baowarie*. Notum ſit omnib9 preſentem paginam inſpectu-

tis,

ris. quod nos & Abbas & ſuꝰ Conventꝰ de Pruvenig. mediantibꝰ viris Religioſis & diſcretis. Abbatibꝰ videlicet de *Tegernſe* & de *Schirne.* nec non & ſummo Prepoſito. cum plebano majoris Eccleſie *Ratiſponenſis.* taliter datis dextris. pro edificatione caſtri noſtri in *Ahbach.* in fundo eccleſie ipſorum eis invitis conſtructi. confederati ſumus. ut nos de bonis ipſorum ad fundum caſtri. quibuſdam agris aput danubium. in quibꝰ forum ſitum eſt. & quibuſdam aliis agris. contra orientem. quos publica ſtrata a ceteris ipſorum bonis diſcernit. uſque ad nemꝰ vulgo *Chubelſprunne* dictum receptis. parte quoque nemoris juxta *Ahbach.* & curte in *Wihſe.* ipſis conferremꝰ predium *Chunigewiſen* cum omnibꝰ ſuis adtinentiis cultis & incultis quod a regia manu jure beneficii poſſedimus hac interpoſita condicione. ut condigno concambio idem predium regali confirmatione ipſis legitime offerendum. ſine omni eorum dampno conquireremꝰ. Similiter predium quoddam in *Mœtinge* cum omnibꝰ ſuis pertinentiis. quod de manu *Leutoldi Pincerne noſtri* acceptum. tali mediante pacto illis tradidimꝰ. ut qualicumque modo dictum predium. L. *Pincernam* noſtrum contingeret. nos ſine gravamine aliquo fratrum recompenſaremꝰ eidem. Preterea omnem decimationem tam de bonis ab ipſis receptis. quam & de omnibꝰ dicto Caſtro conquiſitis & conquirendis. in frugibꝰ diverſis. in carnibꝰ & caſeis & volatilibꝰ in perpetuum delegavimꝰ eiſdem ſingulis annis de publicis noſtris officinis perſolvendam. Conpromiſſum etiam a nobis fideliter profitemur. quod omnes Caſtellani illius caſtri in predicto Monaſterio perpetuam reciperent ſepulturam. Item Judicium ville *Pruvening* in juriſdictionem Abbatis cenobii perpetualiter transferendum fideliter conpromiſimꝰ. & quod idem Abbas curie noſtre annotatꝰ. *ſummus Capellanorum noſtrorum* haberetur. Curtem etiam in *Neurœting* cum omnibus ſuis pertinen-

tinentiis a cenobio quod Monaſterium dicitur ſitum apud Silvam *Tiernbuech* comparandum illis collaudavim9. Item quod neque per nos neque per nepotes noſtros numquam in omnibus advocatiis bonorum ſuorum tam habitis a nobis quam in futurum habendis exactio vel ſteura fiat aliqua. neque advocatum aut ſubadvocatum contra ipſorum voluntatem conſtituere debeam9. nulla etiam moleſtia in poſſeſſionib9 ſuis tam in concambium collatis. quam & caſtris noſtris ubicumque vicinis. per aliquam violentiam paſſuri. niſi ſub pena duple recompenſationis a nobis exhibita. Item a nobis ſub forma compoſitionis compromiſſum eſt. ut ſi quandoque dictum caſtrum aliquo modo aut eventu ceſſare contingeret. vel a legitimo herede maſculo vacaret. non ſolum ipſa edifitia cum omnib9 bonis a monaſterio receptis. ſed omnia a nobis in concambium collata fratrib9 irrevocabiliter permanere. Acta ſunt autem hec omnia tali mediante condicione. vt infra ſpatium ejuſdem noſtre compoſitionis anni. univerſa que prediximo. tam papalib9 quam & regalib9 privilegiis roborarentur. ſalvis omnib9 laborib9 & exſpenſis Monachorum. Alioquin omni poſt poſita contradictione. caſſa foret toci9 forma compoſitionis. cauſa totaliter revocata. Quod & ſimili modo fieri debet. ſi poſt factam confirmationem. aut per nos. aut per aliquos noſtros ſucceſſores dict9 proceſſus debito jure non obſervetur. Ad majorem igitur hujus facti declarationem hanc Cartam pro memoriali habendam. ſigilli noſtri appenſione muniri fecim9. Teſtes qui preſentes huj9 compoſitionis aderant annotari ſtatuentes.

Heinric9 Abbas de Tegernſe. Chunrad9 Abbas de Schiren. Gotfrid9 ſumm9 Prepoſit9 Ratiſponenſis. Frideric9 pleban9 majoris eccleſie Ratiſponenſis. ALBERT9 COMES DE POGEN.

CHUN-

CHUNRAD9 COMES DE MOSEBURC. DIEPOLD9 LANTGRAVI9 DE LEUKENPERGE. MINHART COMES DE ROTENEKKE. Vlric9 de Werde Canonic9 Ratiſponenſis. Chunrad9 pleban9 de Cheleheim. Eglolf9 pleban9 in Hembur. Pernger9 pleban9 de Linthart. Niemo Cleric9. Heinric9 de Randek. Wernher9 de Laber. Albero Wolf de Lengevelt. Hoholdus de Nidekke. Vlric9 de Walturn. Vlrich de Dachaou. Hiltprant de Zan. Baldwin9 de Parre. Otto de Tiginge. Perhtold9 Innechouen. Frideric9 de Schonhouen. Heinrich Spiegil. Heinrich de Stouſe & Frater ej9 Ekkebert9. Vlric9 de Geltolſinge. Vlric9 de Waldaouwe. Vlrich de Pſrin. Vlrich de Taphheim. Ekkepert9 de Ekkinmoul. Frideric9 Ruber. Heinric9 de Aſſalter. Perhtolt de Perſchouen. Heinric9 de Swarza. Vlrich & Heinric9 de Swarzenſwale. Chunrad9 de Hertinge. Frideric9 de Waltenhoven. Chunrad9 de Sala. Chunrad9 puller. Vlrich Perhtolt de Avekkinge. Perhtolt de Perchoven. Gebehart de Peukheim. Heinric9 de Lihtenberc. Chunrad9 de Solzpurch. Henric9 de Papenperge. Sigehart Heinric9 de Gemainde. Heinric9 de Gahenreut. Frideric9 de *Potenſteten.* Et alii quam plures.

Acta ſunt hec in *Prouvenige.* Anno Incarnationis Domini. M. CC. XX. IIII. Indictione. III. Idus Januarii.

Num. XXXIII.

Conſirmatio Ducalis Succeſſionis in Schachen Anno. 1237.

In Nomine Domini Amen. *OTTO* Dei gratia *Comes Palatin9 Rheni & Dux Bavarie* Omnib9 Chriſti fidelib9 in Perpetuum. Cum hiis que pacis ſunt & concordie intendere teneamur, preſentib9 literis omnib9 preſentem paginam inſpecturis innoteſ-

teſcere decrevimꝯ quod Matrona quedam *Tuta* nomine, *uxor Hartwici Pragarii* nobis in judicio in *Nunhuſenn* preſidentibꝯ coram multis tene noſtre nobilibꝯ & aliis. utriuſque ſexus hominibꝯ de conſenſu predicti viri ſui publice proteſtata eſt, nullum de filiis & filiabꝯ ſuis, ceteriſque conſanguineis aut amicis ſuis, poſt ipſiꝯ & mariti ſui obitum ſive voluntariam ipſorum renunciacionem in *Schachen* & in omnibꝯ aliis bonis ab Eccleſia Bruvinigenſi jure precario habitis heredem habituram preter jam dictam Eccleſiam, a qua ipſa bona poſſidere videbatur. ad majorem itaque hujꝯ proteſtationis confirmacionem preſentem inde cartam conſcribi & ſigilli noſtri appenſione fecimꝯ muniri. Teſtes qui preſentes aderant ſubnotantes. Dominꝯ *SIFRIDUS Ratiſponenſis* Epiſcopꝯ Imperialis aule Cancellariꝯ. Dominꝯ *Wulfingus* Abbas *Sancti Emerammi. Gotwinꝯ* Abbas *de Prule. OTTO Comes de CRUMENBACH. Chunradꝯ Comes de MOSBURGK.* Dominꝯ *Hoholdꝯ de Wolmutſe. Hainricꝯ de Randecke. Wernhardus de Uttendorf.* Magiſter *Iohannes Canonicꝯ Ratiſponenſis. Hainricꝯ ſcriba ducis. Gotfridꝯ Capellanꝯ ipſiꝯ. Dietricꝯ Capellanꝯ duciſſe ſenioris. Luitoldꝯ Pincerna* & filiꝯ ejꝯ *Ludwicꝯ. Chunradꝯ de Hohenfels. Ortlibꝯ de Haida. Arnoldꝯ de Schönvelt. Chunradꝯ de Schönenſtain. Karolꝯ de Egloſſhaim & frater ejꝯ Gotwinꝯ de Prohibio. Rudgerꝯ de Ramelſtainn. Pruno Sculteta. Rapoto Sculteta. Vlricus de Munſter. Hainricꝯ Auer. Alhardꝯ Suer* (*) *Hainricꝯ Sunlvel. Tetricꝯ de Holzhaim. Gameridꝯ. Chunradꝯ Veldenau* & alii quam plures. Acta ſunt hec in *Nunhuſenn prope Ratiſponam* Anno Domini. M. C. C. XXXVII. Sexta Idꝯ Julii

(*) Forte & hic Auer.

Num. XXXIV.

Incorporatio Parochiae Sintzing An. 1247.

In Nomine ſancte & Individue Trinitatis Amen. Ego *ALBERT9* Miſeratione Divina *Ratiſponenſis* Epiſcop9. Omnib9 imperpetuum. Cum ex officio Paſtorali cunctis Eccleſie noſtre filiis, pia ſollicitudine invigilare teneamur, & prodeſſe. maxime tamen illorum utilitatib9 . conſulendum cenſemus, qui in Monaſteriis noſtre Dyoceſis Poſiti, ſedulum Deo obſequium exhibent & devotum. non modicum ſalutis nobis, & toti eccleſie nobis commiſſe exinde Deo miſerante conquirere ſperantes. Ad Notitiam igitur univerſalis Eccleſie filiorum tam preſentium quam futurorum preſentis pagine tenore pervenire volum9, quod nos ad inſtantiam dilectorum filiorum noſtrorum, venerabilis videlicet Abbatis *Wernheri* & Convent9 de *Pruveningen.* ſola moti miſeratione Divina, multiplices eorum monaſterii defect9 attendentes. eccleſiam parrochialem in *Sintzingen* , jure Patronat9, ad ipſum Monaſterium ſpectantem, clericis vero ſecularib9, ad reſidendum min9 ſufficientem, cum omni noſtri juris integritate, Pleno videlicet jure ſpiritalium, in ſubſidium luminarium Sanctorum de conſenſu dilectorum fratrum noſtrorum Canonicorum imperpetuum eccleſie contulim9 prelibate. ipſam per Abbatem, & ſuos fratres perpetualiter officiandam. ut cum ſua ſint temporalia, tamquam de noſtro adjuta jure gaudeat utroque. cum hoc ipſum ſane propter ſuam vicinitatem, preter monaſtice Religionis diſpendium, liceat indulgeri. his tantum exceptis, ut Dyoceſano Epiſcopo & Archidyacono, ſeu Camerario, circa ſolvendum Kathedraticum & Viſitationum procurationes exhibendas, ſuum ſervet jus per omnia & reſpectum. Ad majo-

rem autem hujꝰ noſtre diſpenſationis confirmationem, preſentem inde Cartam conſcribi & ſigilli noſtri munimine ſubnotatis teſtibꝰ, cenſuimꝰ roborari. Teſtes. Dominꝰ *Albertꝰ Abbas de Weltenburch. Gelpfradꝰ*, Magiſter *Siboto* Scolaſticꝰ. *Fridericꝰ Prepoſitꝰ de Oetingen.* Magiſter *Eberhardus* Canonici Eccleſie Cathedralis. *Chunradꝰ* & *Herwicꝰ* Notarii Curie noſtre. *Chunradꝰ de Hohenvels. Goetfridꝰ de Sulberch. Vlricꝰ de Peſingen. Chuno de Hofdorf. Heinricꝰ de Erlbach* baliſtariꝰ. *Ortwinꝰ Camerarîꝰ. Chunradꝰ* Rennariꝰ. & alii quam plures. datum in Caſtro noſtro *ſtouffen.* Anno Domini. M°. CC°. XLVII. V. Idus Julii. Indictione Quarta. Pontificatꝰ noſtri Anno Primo.

Num. XXXV.

Incorporatio Eccleſiæ Sinzing. Anno 1249.

INNOCENTIꝰ Epiſcopꝰ ſervꝰ ſervorum Dei Dilectis filiis . . Abbati & Conventui Monaſterii de Pruuiningen Ordinis ſancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad faciendam vobis gratiam ſpecialem, Venerabilis fratris noſtri . . Ratiſponenſis Epiſcopi preces. ac veſtra laudabilia merita & commendanda devotio quam habetis ad ſedem Apoſtolicam nos inducunt. cum igitur ſicut ex Parte ipſiꝰ Epiſcopi fuit Propoſitum coram nobis, idem conſiderans gravia dampna que ab inimicis eccleſie paſſi eſtis; eccleſiam in *Sinzingen* Ratiſponenſis Dioceſis in qua jus Patronatꝰ habetis, cujꝰ proventꝰ decem Marcarum valentiam annis ſingulis non excedunt vobis in proprios uſus duxerit concedendam, nos ipſius Epiſcopi & veſtris ſupplicationibꝰ inclinati quod ſuper hoc ab eodem Epiſcopo factum eſt dummodo premiſſis Veritas ſuffra-

 getur

getur ratum & gratum habentes, eccleſiam ipſam vobis, & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica confirmamꝰ & preſentis ſcripti patrocinio communimꝰ. proviſo ut dicta Ecclesia debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenꝰ negligatur, & quod tantum de ipſiꝰ Eccleſie proventibꝰ relinquatur, quod ejuſdem Vicario de ipſis competens portio valeat aſſignari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. *S*iquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejꝰ ſe noverit incurſurum. Datum *Lugduni.* IIII Nonas Auguſti Pontificatꝰ noſtri Anno ſeptimo.

A. S.

Num. XXXVI.

Delegatur Exſecutio prioris Incorporationis Anno 1249

INNOCENTIꝰ. Epiſcopꝰ ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio.. Prepoſito Eccleſie *de Rebedorf* Eiſtetenſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad faciendam Dilectis filiis.. Abbati & Conventui Monaſterii de *Pruuiningen* Ordinis ſancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis gratiam ſpecialem, Venerabilis fratris noſtri.. Ratiſponenſis Epiſcopi preces, ac eorum laudabilia merita & commendanda devotio quam iidem Abbas & Conventꝰ habent ad ſedem Apoſtolicam nos inducunt. Cum igitur ſicut ex parte ipſiꝰ Epiſcopi fuit propoſitum coram nobis, idem conſiderans gravia dampna, que predicti Abbas & Conventꝰ ſunt ab inimicis Eccleſie paſſi, Eccleſiam in *Sinzingen* ipſiꝰ Dioceſis in qua Patronatꝰ jus habent, cujus proventꝰ

De-

Decem Marcarum valentiam annis ſingulis non excedunt. in proprios uſus eiſdem Abbati & Conventui duxerit concedendam, nos ipſi9 Epiſcopi & eorum ſupplicationib9 inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Epiſcopo factum eſt dummodo premiſſis veritas ſuffragetur ratum & gratum habentes Eccleſiam ipſam prefatis Abbati & Conventui, ac per eos predicto Monaſterio per noſtras litteras duxim9 confirmandam. ita tamen quod eccleſia ipſa debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullaten9 negligatur & quod tantum de ipſi9 Eccleſie proventib9 relinquatur, quod . . Vicario ejuſdem de ipſis competens portio valeat aſſignari. Ideoque diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandam9. quatin9 non permittas ipſos contra Confirmationis noſtre tenorem ſuper hiis ab aliquib9 indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Lugduni*. IIII Nonas Auguſti. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Num. XXXVII.

Confirmata Incorporatio Parochiæ Hemmau. 1249.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de *Pruueningen* Ord. S. Benedicti Ratiſp. diœceſ. ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Attendentes gratæ devotionis obſequia, quæ Venerabiles fratres noſtri *Ratiſponenſis* & *Eyſtetenſis* Epiſcopi, & dilectus filius nobilis vir *Gebhardus Comes de HIRSPERG*, & vos nobis & Apoſtolicæ Sedi ſollicite impendiſtis, & impenditis inceſſanter, perſonas & res veſtras diverſis periculis & diſpendiis exponendo: libenter ob hoc veſtris petitionibus benignum accommodamus auditum, eaſque liberaliter quantum cum Deo poſ-

ſu-

ſumus, exaudimus. Cum itaque ſicut exponere curaviſtis, bonæ memoriæ *C. Ratiſpon. Epiſcopus* Monaſterii veſtri facultatum tenuitate penſata Eccleſiam in *Hembur* in qua ut aſſeritis jus patronatus habetis, & cujus proventus deducta ex eis portione Vicarii deſervientis in ipſa duodecim marcarum argenti valentiam non excedunt, vobis in uſus proprios duxerit concedendam: & vos authoritate conceſſionis hujusmodi eandem Eccleſiam quadraginta annis amplius poſſederitis *in* quiete. Nos prædictorum Epiſcoporum & Comitis ac veſtris ſupplicationibus inclinati, quod per eundem Epiſcopum provide factum eſt in hac parte autoritate confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio confirmavimus. Proviſo quod de redditibus ipſius Eccleſiæ Vicario in ea perpetuo ſervituro pro ſuſtentatione ſua, & ſolvendis Epiſcopalibus juribus ac aliis oneribus ipſius Eccleſiæ ſupportandis congrua portio aſſignetur. Nulli ergo &c. &c. Datum *Lugduni.* Idibus Aug. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. XXXVIII.

Libertas eligendi vel removendi advocatum An. 1249.

I*nnocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis . . Abbati & Conventui de Pruniningen Ordinis Sancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem prebere conſenſum, & vota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, vobis & veſtro Monaſterio ſit indultum, ut nullus Epiſcopus, aut alia Eccleſiaſtica ſecularisve Perſona a vobis vel eodem Monaſterio exactiones indebitas

vale-

valeat extorquere, vel ejuſdem Monaſterii Advocatiam infeudare vel vendere, aut alienare, vel quovis titulo de una in aliam transferre perſonam. Sed vobis eligendi Advocatum & amovendi eum, cum diſplicuerit, ac ſubſtituendi alium libera ſit facultas. prout in Privilegiis veſtris plenius dicitur contineri. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati predicta omnia vobis & per vos, eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum *Lugduni*. XVII. Kal. Septembr. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

*) Jac. P.

(*) Ægre adhuc hæc Elementa Nominis fugientibus litteris deprehendi potuere.

Num. XXXIX.

Conſervatorium prioris Reſcripti An. 1249.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio . . Prepoſito eccleſie de *Rebedorf* Eiſtetenſis Dioceſis. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum ſicut ex parte dilectorum filiorum . . Abbatis & Conventus de Pruuining Ordinis Sancti Benedicti, Ratiſponenſis Dioceſis, fuit propoſitum coram nobis, eiſdem & eorundem Monaſterio ſit indultum, ut nullus Epiſcopus, aut alia Eccleſiaſtica ſecularisve perſona ab eis vel ejuſdem Monaſterio advocatiam infeudare, vel vendere, aut alienare, vel quovis titulo de una in aliam transferre perſonam, ſed ipſis eligendi advocatum, & amovendi eum cum diſplicuerit, ac ſubſtituendi alium libera ſit facultas, prout in Privilegiis ipſorum plenius dicitur

con-

contineri. Nos ipſorum ſupplicationib9 inclinati, predicta omnia eis & per eos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica duxim9 confirmanda. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandam9. quatin9 prefatos Abbatem & Conventum non permittas contra Confirmationis noſtre tenorem ſuper hiis ab aliquib9 indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Lugduni* XVI. Kal. Septembris Pontificat9 noſtri anno ſeptimo.

Jac. P.

Num. XL.

Abrogatio graviſſimi cujusdam abuſus An. 1249.

INNOCENTI9 Epiſcop9 ſerv9 ſervorum Dei. Venerabili fratri . . Epiſcopo *Ratiſponenſi.* Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sicut dilecti filii . . Abbas & Convent9 Monaſterii de *Pruuiningen* Ordinis Sancti Benedicti tue Dioceſis nobis exponere curaverunt, Clerici & Scolares juvenes Civitatis Ratiſponenſis, in feſto Nativitatis Dominice annuatim ſibi ludendo conſtituentes Epiſcopum, monſtra larvarum & alios ludos exercent plurimum inhoneſtos, & ad Monaſterium ipſum cum hujuſmodi ludis armata manu annis ſingulis accedentes, confractis oſtiis ac Monachis & familia dicti Monaſterii inhoneſte tractatis, equos boves & res alias ipſis auferunt violenter, inſolentias quoque ac ludibria plurima, que interdum ſine ſanguinis effuſione non fiunt, in derogationem religionis monaſtice ibidem exercent pro ſue libito voluntatis. Quare dicti Abbas & Convent9 nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſibi ſuper hoc de circumſpectione ſedis Apoſtolice curarem9. Nolentes

igi-

igitur hec ſi vera ſunt ſub diſſimulatione tranſire, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandam9, quatin9 predictis Abbati & Conventui non permittas ab eiſdem Clericis ſeu Scolarib9 aliquam violentiam fieri, eos quod ab juſmodi violentia omnino deſiſtant monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum *Lugduni* V. Kal. Septembris Pontificat9 noſtri anno Septimo.

Jo S.

Num. XLI.

De nullo infeudato Advocato Anno 1250.

NOS *HEINRICUS* Dei Gratia *Babenbergenſis* Epiſcop9, per preſens ſcriptum notum facim9 univerſis, quod nullum infeodavim9 de Advocatia in *Provueningen*, que ad eccleſiam Babenbergenſem libere dinoſcitur pertinere. Et ne ſuper hoc aliqua dubitatio oriatur. Preſens ſcriptum fieri, & ſigillo noſtro juſſim9 communiri. Datum apud *Vorcheim*. Anno Domini. M. CC. L. Octava Indictione. VIIII. Marcii.

Num. XLII.

Confirmatio Fundationis An. 1152.

IN nomine. ſancte. &. Individue. Trinitatis. *EBERHARD9* Dei Gratia *Babenbergenſis* Epiſcop9 ſecund9. omnib9 Chriſti fidelib9 tam futuris quam preſentib9.

Quamvis neque qui plantat neque qui rigat eſt aliquid. Sed qui incrementum dat Deus. nos tamen divina remuneratione

ne fraudari non credim9, ſi pia cepta. & ſacra vota. Predeceſſorum noſtrorum. ſtudio noſtre quantulecumque. devotionis amplectimur. & promovem9. Quo intuitu dilectiſſimorum fratrum noſtrorum. *Erbonis* Abbatis. ceterorumque in cenobio beati Georii *Pruuiningen* Deo militantium petitioni. devotiſſimo & alacri animo acquieſcim9. ſcilicet ut loc9 ipſe. ſicut a beato. Domno & Predeceſſore noſtro. Epiſcopo videlicet *OTTONE*. Fundatus. & ab ejus ſucceſſore recolende memorie Domno *EGILBERTO* Epiſcopo confirmat9 eſt. ita noſtri quoque *Privilegii* confirmatione. veluti funiculo triplici. qui difficile rumpitur. in nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti corroboretur. quaten9 undique munitum. illud Venerabile divine ſervitutis domicilium. nulla futurorum improbitate perturbari valeat. Omnia igitur quecunque a predictis domnis & predeceſſorib9 noſtris. & a nobis eidem Monaſterio collata ſunt. tocius maioris eccleſie noſtre coniventia. & miniſterialium noſtrorum conſenſu. noſtre aſtipulationis & corroborationis. ſcripto. fratrib9 ibidem Deo militantib9 ſeu etiam militaturis imperpetuum profutūra *confirmam9*. & preſentem paginam. pro indicio confirmationis. ſigilli noſtri impreſſione ſignari precepim9.

Teſtes ſunt eorum que dicta ſunt. Domnus *Helmericus* Abbas de monte ſancti Michahelis. Domnus *Oudalricus* majoris Eccleſie Prepoſitus. Domnus *Bruno Epiſcopus*. *Volmar9* Decan9. *Cuonrad9* Cuſtos. *Liupold9* prepoſit9 Sancti Stephani. *Bero*. *Tuto* Magiſter. *Hermannus* Capellanus. cum omni Clero babenbergenſis Chori. Miniſteriales vero. *Piltungus de Memeſtorf*. frater ejus *Gundelous de Bodelendorf*. *Hermannus de Heiſka*. *Herdegen*. & *Volnandus*. & *Livpoldus*. & *Pero*. Fratres. *de Wiſentowe*. *Eberhardus de Tundevelt*. *Adelberto9 de Hura*. *Otnandus de Burgelin*. *Gotebold9 de Hoſterhoven*.

Rat-

Ratlous fili9. Pillungi. Rudegerus de Torenbach, & alii quam plures.

Data *Babenberc* anno ab incarnatione Domini. milleſimo. centeſimo. quinquageſimo ſecundo. Indictione quintadecima. Imperante Domino noſtro Jeſu Chriſto. Regnante vero *FRIDERICO* Rege. anno regni ejus primo. Menſe Julio. Idus. feria tercia luna nona. feliciter Amen. Amen. Amen.

Num. XLIII.

Translatio Feſti Dedicationis An. 1260.

Frater. *ABERTUS.* miſeratione Divina *Ratiſponenſis* Eccleſie Elect9 & Confirmat9, omnib9 preſentia inſpecturis ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Quoniam ſepi9 id quod bonum eſt, ſolet in meli9 immutari, ideo ſub forma mutationis in meli9 tranſformate, univerſis preſentib9 & futuris volum9 eſſe notum, quod nos auctoritate noſtra feſtum Dedicationis Eccleſie in *Prvueninge* tranſferim9 a die quo ſolebat antea celebrari, in Dominicam Exaudi poſt Aſcenſionem Domini proximam. quaten9 eadem Dominica rite ab omnib9 in perpetuum celebretur annuatim. (*) In cuj9 rei evidentiam preſentem litteram inde conſcribi fecim9, ſigilli noſtri mvnimine roboratam. Data Anno Domini. M°. CC°. LX°. Sexta Idus Maji. (**)

*) Ita fit etiamnum.

**) Ratiſbona ante Tempora ſic dictae Reformationis ſicut feſto B. Georgii Martyris, & feria tertia Rogationum, ita quoque die Anniverſario dedicationis, de qua diploma ait, Priflingam quotannis publico ſupplicantium ritu procedebat, cui ſupplicationi anniverſario dedicationis agendae ſi non Auctor, aptam diem aſſignando,

 cum

cum antea non ſemper in diem Dominicam incideret, ſed in 12. Maji, adjutor certe per Diploma iſtud exſtitit Beato Alberto Magnus.

Num. XLIV.

Recognitio Bullarum Apoſtolicarum Anno 1267.

Anno Domini M.CC.LXVII. Nobis *LEONE* Eccleſie Ratiſponenſis Epiſcopo judicio preſidentib9 & inpetente coram nobis *Kalhoho* rectore Eccleſie in *Heuneſaker*, Abbatem & Conventum Monaſterii de *Pruvening*, ſuper decimis feni Pratorum in *Pühel*, que infra terminos Parrochie eccleſie ſupradicte ſita propoſuit. Abbate vero & Conventu ſuper immunitate decimationum ipſarum Privilegia diverſorum Pontificum Romanorum, quibus ipſis, ne de laboribus, quos propriis ſuis ſumptib9 colunt vel colligunt, decimas ab ipſis exigere quis preſumat, generaliter eſt indultum, in medium proferentib9. quia *Kalhoh9* prefat9 unum ex Privilegiis ſupradictis *INNOCENTII* videlicet Pape II. quod poſt ſalutationem incipit: *ſicut juſta poſcentib9.* datam continens Anno Domini. M.CCXXXVIIII. de raſura in verbo, quod ibidem continetur. venire. aliud etiam ejuſdem *INNOCENTII*, cuj9 poſt ſalutationem initium eſt *Officii noſtri* &c. & Datam habet Anno Domini M.CC.XXXVI. *) Item & Privilegium *HONORII* Pape II. cuj9 finita ſalutatione tenor inchoat. *Apoſtolici Moderaminis* cum data XII. Kal. Febr. de ſuſpicione Bullarum propter aliquantulum tumorem ipſarum nitebatur redarguere falſitatis. Nos aſſumptis nobis viris peritis. ſagacib9. & diſcretis. eadem Privilegia omni qua potuim9 diligentia tam in Bulla. reſpexim9 quam in Carta. Et quia nichil

in

in ipſis invenimꝰ quod dignum, quantum ad ea que propoſita fuerant, reprehenſione aliqua videretur, de conſilio Saniorum Capitoli noſtri interloquendo pronunciavimꝰ, ipſa ſuper objectis irreprehenſibilia judicari. De quo preſentes litteras noſtras ſigilli noſtri munimine roboratas Monaſterio Pruveningenſi conceſſimꝰ ut petivit. Actum in Conſiſtorio noſtro *Ratiſpone*. in die beate Agathe Martiris. anno Domini ſupradicto.

*) Utrinque lependum M. C. deleto uno centenario.

Num. XLV.

Annullatur alienatio Bonorum An. 1268.

CLEMENS Epiſcopꝰ ſervorum Dei Dilecto filio . . . Abbati Monaſterii de *Pruel*. Ratiſponenſis Dioceſis. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Pervenit ad Audientiam noſtram, quod tam dilecti filii . . Abbas & Conventꝰ Monaſterii de *Prueſingen*, Ordinis ſancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis, quam Predeceſſores eorum, terras poſſeſſiones redditꝰ decimas domos nemora prata paſcua jura juriſdictiones & quedam alia bona ipſiꝰ Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, interpoſitis juramentis, factis renuntiationibꝰ & penis adjectis, in gravem dicti Monaſterii leſionem, nonnullis Clericis & Laicis, aliquibꝰ eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempꝰ, & aliis perpetuo, ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt. quorum aliqui ſuper hiis litteras Confirmationis in forma communi a ſede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Cum igitur noſtra interſit leſis Monaſteriis ſubvenire. diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamꝰ. quatinꝰ ea que de bonis ipſiꝰ Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, non obſtantibꝰ litteris juramentis penis renuntiationibꝰ & confirmationibꝰ

nib9 ſupradictis, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione, ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum *Viterbii* VIII Kal. Octobr. Pontificat9 noſtri anno Quarto.

Jac. Alexii.

P. Th.

Num. XLVI.

Arbitrium ſuper decimis minutis in Hemmau An. 1268.

Nos *LEO* miſeratione Divina *Ratiſponenſis Epiſcop9* tenore preſentium conſtare volum9 univerſis quod cum inter *Wernherum* Venerabilem Abbatem de *Provuninge* & Conventum ejuſdem loci ex una parte. & *Rudgerum* perpetuum Vicarium de *Hembour* ex altera. eſſet materia queſtionis ſuborta. ſuper minutis decimis *Parrochie Hembour*, quas prefati Abbas & Convent9 ad eccleſiam ſuam ſpectare firmiter aſſerebant. ratione Privilegii eccleſie ſue conceſſi. per pie recordationis *CHUNRADUM* quondam *Ratiſponenſem Epiſcopum*. & *CHUNRADUM* ſucceſſorem ſuum confirmatum. prout in ipſo Privilegio pleni9 continetur, antedicto Vicario contrario aſſerente, dictas decimas ad eccleſiam ſuam *Hembour* pertinere. tandem poſt multas altercationes. & varios tractat9 habitos hinc & inde. in fratrem *Bertholdum Lectorem dom9 Predicatorum Ratiſpone*. & *Magiſtrum Joffridum Canonicum Veteris Capelle*. a partib9 extitit conpromiſſum. promiſerunt enim partes fide data, vice Sacramenti.

menti. quod quidquid dicti Arbitri arbitrarentur. inter ipſas ratum & gratum haberent & firmiter obſervarent. Nominati ſiquidem arbitri pariter concordantes. in noſtra ac multorum diſcretorum preſentia, primo ac principaliter arbitrando protulerunt, quod vicari9 ſupradictus minutas decimas de quib9 agebatur. poſſidebit tantum tempore vite ſue. & in ſignum dominii dictarum decimarum ſolvet ecclesie Provunigenſi duas libras piperis. in die beati Emmerami annis ſingulis omni caſu contingente. Arbitrati ſunt etiam quod quandocumque nominatum Vicarium cedere. vel decedere contigerit. memorate decime ad eccleſiam Provunigenſem integraliter ac libere revertentur. & tunc Provunigenſis eccleſia ipſas decimas perpetuo percipiet. omni remeto obſtaculo ſecundum formam & tenorem Privilegii ſupradicti. nichilomin9 in omnib9 aliis jure Privilegii ſalvo. In cuj9 rei teſtimonium & evidentiam. preſentes litteras ſigilli noſtri munimine. una cum ſigillis arbitrorum & partium communivim9.

Acta ſunt hec Ratiſpone Anno gratie. M. CC. LX. VIII. Sabbato proximo poſt feſtum beati Viti.

Num. XLVII.

De ſilva ad vitalitium An. 1270.

HEINRICUS Dei Gratia *Palatin9 Comes Reni Dux Bawarie.* Venerabili Abbati de *Pruſning.* totique Conventui ejuſdem Eccleſie. Salutem cum plenitudine omnis boni. Dilectus nobis *Heinricus prepoſitus Eccleſie Otingen.* Prothonotari9 noſter. in noſtra preſentia recognovit. ſe a veſtra Eccleſia. Silvam quandam prope *Weiern* (*) que *Munchwert* dicitur. pro vite ſue tempore poſſidere. ne igitur eo cedente vel ab hoc ſeculo decedente.

dente. Occaſione ſui. in eadem Silva. litis vobis aut calumnie queſtio forſitan oriatur. vobis in Teſtimonium & cautelam preſentes litteras. noſtro & ipſius Prepoſiti ſigillis dedimus communitas. datum Ratiſpone. Anno Dominice Incarnationis. M°. CC°. LXX. Nonis Septembris.

*) Vel *Wetern.*

Num. XLVIII.

Arbitramentum de Jurisdictione in Villa Priſling An. 1266.

Univerſis tam preſentib9 quam futuris preſentem Cartam inſpecturis *Hadmar9 de Laber* Salutem in omnium Salvatore. Cum inter Venerabilem Abbatem & Conventum de *Prauſſenyng* ex una parte & *Dietricum & FLUGELSPERCH Pincernam Domini HAINRICI illuſtris DUCIS WAUARIE* ex altera parte fuiſſet ſuper diverſis articulis lis ſuborta ſpecialiter tamen ſuper jure judiciali ville *Pruſſenyngen* placuit tandem utrique parti ad ipſam litem decidendam arbitros eligere, ac quidquid per illos ſuper premiſſis ordinaretur firmum & ratum inviolabiliter obſervare. Vocaverunt igitur Dominum *Fridericum Priorem* & Dominum *Alhardum* Sacerdotes Eccleſie memorate & me *Hadmarum de Laber* ad officium arbitrandum promittentes ſe firmum & ratum habituros quidquid per nos tres foret arbitratum. Nos vero pro ut in nos fuerat compromiſſum arbitrati ſum9 & dictam litem decidim9 ſub hac forma. Quod videlicet *Dietric9 Pincerna* prefat9 & ſui poſteri ſive vicarii nullam omnino reciperent ſteuram ſeu nullam aliam habeant exactionem, nec *Herwergiam* requirerent, ſicut antea conſueverant ab hominib9 in villa *Pruuſſening* conſtitutis, nec de cetero ibidem conſtituet tabernam

nam vel tabernas, niſi hoc forte de licentia Abbatis & Conventꝰ obtinuerit ſpeciali. Ipſiꝰ autem Pincerne Jurisdictio ad omnes homines extendetur jam dicte ville ac omnes illorum exceſſꝰ tam majores quam minores aut per ſe aut per ſuum Vicarium corriget & judicabit. ſecundum quod Sententia dictaverit aſſeſſorum, niſi forte cenſum dare vel alia debita & conſueta ſervicia impendere neglexerint Ecclesie, hoc ſolummodo ad judicium Domini Abbatis vel ſuorum diſpenſatorum pertinebit. Sepedictꝰ etiam Pincerna & ſui ſucceſſores ſive Vicarii in Villa Pruuſſenyngen ter in anno quolibet celebrabunt Judicium ſive placitum generale ſine quolibet dampno Ecclesie, niſi quod in quolibet dictorum placitorum memorati homines Pincerne in XL. denariis vice prandii providebunt. ſed hi denarii de conſueta dimidia libra ſemel in anno danda perſolvuntur, ad quod etiam judicium homines ſepe dicte ville ſinguli & univerſi per dictum pincernam ſive ſuum vicarium evocabuntur ſub pena debita, niſi qui forte fuerint in ſpeciali negotio vel opere eccleſie conſtituti, qui eciam ſi forte ad judicium non venerint, ad nullam penam aſtringentur, niſi contra illos abſentes aliqua querimonia deponatur. Inſuper preco Pincerne ad evocandum aliquem vel aliquos portas eccleſie non intrabit, ſed mediante *portinario* eos, qui ad judicium evocandi fuerint, evocabit. Ad majorem hujꝰ igitur arbitrii confirmationem Ego *Hadmarꝰ de Laber* ſigilli mei appenſione ſubnotatis teſtibꝰ tunc preſentibus hanc cartam duxi conmuniri Huic arbitrio taliter promulgato & confirmato Ego *Dietricꝰ Pincerna de FLUGELSPERCH* conſentio & ſubſcribo & ſigilli mei appenſione confirmo Hujꝰ rei teſtes ſunt *Fridericꝰ Prior. Chunradꝰ de Tegernhaym. Alhardus. Hainricꝰ de Zeunting. Pruno de Viehauſen. Hainreich de Oberndorff ſacerdotes eccleſie. Chun-*

rad9 de Sancto Magno. Witigo. Sibboto. Chunrad9 Cellerari9 Dyaconi. Vlric9. Ircell9. Irmfrid9. Ruppert9 Subdyaconi Wernher9. hainric9. Karol9 fratres & Converſi. Rugerus de Dürn. Hainric9 de Vichauſen. Reicher de Randek. Dietric9 Tumberich. Ruger9. Chunrad9 de Laber. Otto de Dürn. Wernher9 Chunrad9 de Eichhoven. Eberhard9 de Drönhoven. Merboto Semeler. Merboto caliſex. Hainric9 Pöntinger. Herbordus. Rempert9. Mirboto. Meingotus. Arnoldus. Actum in *Pruſſennyng.* Anno Domini M°. CC°. LXVI°. XIIII. Kal. April.

Num. XLIX.

Epiſcopalis confirmatio officiorum Obellariæ & Infirmariæ cum Redditibus determinatis An. 1280.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Nos *HEINRICUS* miſeratione Divina *Ratiſponenſis* Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum intuentib9, in vero ſalutari ſalutem. Et ſi officii noſtri debitum profectib9 invigilare debeat ſubditorum, illorum tamen qui ſecundum Apoſtolum non ſolum ſua, ſed ſemetipſos ſalubriter abnegantes carnem ſuam cum viciis & concupiſcentiis crucifigunt, caſtris clauſtralib9 ſe claudendo, profect9 & vtilitas debet plantari lati9 & diligentius dilatari. ut ſic auctori pacis quieti9 & devoti9 valeant famulari. Cum igitur Domin9 *Fridericus* quondam Abbas Eccleſie ſancti Georii in Pruveninge, Zelo duct9 pietatis, ad utilitatem fratrum ibi domino militantium duo officia *Obellarie* videlicet & *infirmarie* ab Anteceſſorib9 ſuis primit9 inſtituta, ſuo & Convent9 ſui Privilegio prim9 firmaverit. & Domin9 *Weruher9* Abbas, veſtigiis ſuorum predeceſſorum inherens. id quod pie factum fuerat,

fuerat, ratum habuerit, ac ſuo Privilegio confirmaverit. noviſſime autem dieb9 iſtis. *Brouno* Venerabĩlis Abbas ejuſdem eccleſie volens gregi ſibi commiſſo intendere cum effectu, a nobis humiliter ſupplicavit. ut quod ab anteceſſorib9 ſuis legittime factum fuerat, dignaremur auctoritate noſtra, ac noſtri Capituli confirmare. vt ſic funicul9 triplex difficile rumperetur. Nos itaque conſiderantes inbecillitatem hominum, & maxime relligioſorum ibi Domino militantium. predicta officia *Obellarie* & *infirmarie*, auctoritate noſtra & noſtri Capituli, cum omnib9 poſſeſſionib9, ac redditib9 ad ſpeciales uſus fratrum ibi Domino ſervientium, per man9 *Vlrici Prioris* tunc temporis *Obellarii* deputatis. preſentib9 perpetuis temporib9 confirmam9. ſtatuentes ut ex hiis fratrib9 Dei ſervicio deputatis cottidiana ſolatia miniſtrentur infirmis vero & inbecillib9 & maxime decumbentib9 in neceſſariis prout ipſorum requirit neceſſitas debeat provideri. Volum9 itaque & in Virtute ſancte Obedientie, immo ſub interminacione Divine maledictionis, mandam9 firmiter & diſtricte ut null9 Abbatum qui ibi pro tempore fuerit, preſumat ſibi aliqua occaſione memorata officia vel reddit9 eorumdem officiorum aliquaten9 uſurpare. ſed ſemper frater relligioſ9 ac timens Deum de conventu eligatur, qui ſciat & poſſit fratrib9 in neceſſariis commode providere. Si autem quod abſit aliquis Abbatum contra hanc noſtram ſalubrem conſtitucionem aliquam poſſeſſionem vel reddit9 aliquos preſumpſerit ſubtrahere, vendere, vel etiam alias uſurpare, ex nunc prout ex tunc ab ingreſſu Eccleſie ſit ſuſpenſ9. in qua ſi per octa dies non reſtituendo ſubtractum duraverit, ipſum excommunicam9 in hiis ſcriptis, & ipſum tanquam excommunicatum precipim9 ab omnib9 evitari. Precipim9 inſuper, & in virtute ſancte obedientie injungimus, ut qui pro tempore predictis preſunt officiis, poſt-

 poſito

poſito timore vel amore, omnes defectꝰ ſi qui eiſdem officiis poſtpoſito timore vel amore, omnes defectꝰ ſi qui eiſdem officiis ab Abbatibꝰ inferantur, ad nos vel ſucceſſorem noſtrum deſferant. vt fiat emendacio debita & condigna. Redditꝰ autem predictorum officiorum ſunt hii. Primo de Eccleſia *Schambach.* ſex talenta. Item dimidia pars vini novalium in *Oberndorf.* & Decima totalis novalium in *Swarzenvels.* tam cultorum, quam & in poſterum colendorum. Item due Curie in *Hüllo.* & Curia *Stabdorf.* cum Curia dicta *Pherin.* Et Curia in *Tanhouſen.* & Curia in *Grauenperge.* & quoddam beneficium in *Schambach.* Solvens dimidium talentum & XII. denarios. Item in *Arneſt.* quinque ſolidos. & de *Rocheſhoven.* Octoginta denarios. & de *Tetenhoven.* totidem. item Curia *in der Oder*, & duo beneficia in *Chrotental.* Item de *honchtal.* quinque ſolidos. & de quadam area in *Sinzinge.* XII. denarios. Item domꝰ lapidea inter Raſores *Ratiſpone.* & domus Ortlibi in Haida. cum quodam Orto in foſſa lapidum (*). Item de quodam beneficio in *Lengvelt* talentum. Item quoddam beneficium in *Aholvinge.* cum quadam domo. & Orto in villa *Pruveninge.* Item dimidia pars Curie *ze de. Höven.* bi dem Anger. & de quodam beneficio in *Gemünd* tres ſolidi. Item minor decima in Eccleſia *Nivnchirchen.* & decima minor in *Prukedorf.* nec non & decima novorum Ortorum in villa *Pruveninge* tam cultorum quam colendorum. Decernimꝰ inſuper ut omnia quecumque in poſterum a fidelibꝰ Chriſti, relligioſis, vel ſecularibꝰ perſonis, cujuſcumque ſexus vel condicionis, memoratis officiis, oblata ſeu condonata fuerint, pro ipſorum memoria habenda vel anniverſario celebrando, ipſis preſentis ſcripti decreto maneant inconvulſa. In cujꝰ rei teſtimonium preſentem paginam inde confectam, ſigillo noſtro, & Capituli noſtri. nec non & ſigillo Domini *Wernheri* Venerabilis Abbatis Eccleſie ſancti Emmerami Ratiſ-

tiſpone. una cum ſigillis predictorum Abbatis & Conventꝯ placuit roborari. Datum Ratiſpone in Conſiſtorio noſtro. Anno Domini. Milleſimo. ducenteſimo. Octogeſimo. In Kathedra beati Petri Apoſtolorum Principis.

*) Domꝯ & hortꝯ Ratiſbonæ, illa autem ædificio publico obſita.

Num. L.

Licentia Coemendi feuda Bambergenſia An. 1278.

Ne rerum geſtarum memoriam, tollat oblivio, inventa ſunt ſcripturarum remedia, que, conſueverunt, res geſtas, & acta hominum, humanitꝯ eternare. hinc eſt, quod nos *BERCHTOLDꝯ* Dei gratia *Babenbergenſis* Eccleſie *Epiſcopꝯ*, profitemur preſencium per tenorem, & ſcire volumꝯ, tam poſteros, quam preſentes, quod nos recognoſcentes jura, Eccleſie ſancti Georii in *Pruvenningen*, que, in litteris non abolitis, non cancellatis, nec viciatis in parte aliqua, ſuper hujusmodi juribꝯ inſtrumentaliter confectis, vidimꝯ & examinavimꝯ diligenter, quarum, forma talis fuit, quod quicumque hominum, feodum, vel predium nos, & noſtram eccleſiam reſpiciens in remedium ſue anime, ſi id, ſuper cenobium in Pruvenningen delegare voluerit, vel ipſi Abbati, & Conventui ibidem, vendere decreverit, de hoc ſine impedimenti obſtaculo habebit plenam, ac liberam poteſtatem, & ſi eciam privilegia, ipſiꝯ Eccleſie, fuiſſent invalida, nichilominꝯ, cum eam, proſequamur promocionis benivolencia, illud jus quod ſuperiꝯ expreſſimꝯ, ſive graciam, ipſi Eccleſie in Pruuenningen, & Conventui ibidem, per renovacionem litterarum preſencium, ſinceritatis diligencia, confirmamꝯ, dantes preſentes litteras in teſtimonium ſuper eo,

hujus

hujus rei teſtes ſunt, *Chunrad9* & *Wernhard9*, noſtre Curie Capellani, & Notarii, *Ludwic9 de Chlamſtein.* (*) *Vlric9 dapifer de Newenſdorf*, *Chunrad9 fili9 Brunwardi.*, *Liebnawarius*, *Chunradus de Paris*, & alii quam plures, datum, & actum, apud, Pruvenningen, anno Domini, Milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo Octavo, Non. Julii.

*) In alio Ejuſdem Epiſcopi Diplomate aequalis Tenoris, Anni & Diei, additur. *Tirolfus coquinarius noſter.*

Num. LI.

Jus Patronatus in Eccleſia Tererling ad Infirmariam An. 1281.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia. *Comes Palatin9 Reni.* Dux *Bawarie* preſentib9 profitemur. quod invitati hoſpitalitatis onerib9. nec non multiplicib9 obſequiis. nobis per Eccleſiam de Pruſningen impenſis. ac allecti bono teſtimonio. Domini *Vlrici.* nunc Abbatis. ob ſalutem noſtram & *puerorum noſtrorum.* & remedium parentum noſtrorum defunctorum. Eccleſiam in *Teurlingen* cujus jus Patronat9 ad nos ſpectare dinoſcitur. legam9. donam9. tradim9 Eccleſie in Pruſning. ſalvo jure Rectoris iam viventis. cui dictam donationem in nullo prejudicare volum9. perpetuo poſſidendam. ita ut quicquit de obventionib9 ejus ſupra Proviſionem Sacerdotis. ſecundum ordinationem dioceſani Epiſcopi. ſupereſſe poterit. ad infirmariam fratrum ibidem debeat deſervire. Renunciam9. itaque pro nobis & heredibus noſtris. omni juri quod nobis competiit & competere poterat in Eccleſia memorata. & quiete ſub forma predicta ac libere in Eccleſiam Pruſningenſem tranſfundimus antedictam.

dictam. Ne igitur in re ſic rationabiliter geſta tum in emendationem noſtrorum peccaminum. tum quia noſter anniverſarius. ac vxoris noſtre eſt exinde celebrandus. aliqua calumpnia valeat ſuboriri. preſens inſtrumentum eis tradimus noſtri Sigilli robore communitum. datum *Ratiſpone.* Anno Domini. M.CC. LXXX primo. in Vigilia Apoſtolorum Philippi & Jacobi.

Num. LII.

Ceſſio Juris Advocatiæ in Gmund. An. 1282.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia. *Comes Palatinus Reni. Dux Bawarie* preſentibus profitemur. quod cum Eccleſia in Prufningen in prediis ſuis apud *Gmund.* quorum prediorum advocaciam. *Chunradus & Zacharias fratres dicti Hagerii* a nobis poſſidebant in feodum plurimum premeretur. dilectus nobis. *Vlricus.* Venerabilis Abbas ejuſdem Eccleſie. volens ſuo cenobio ſuccurrere in hac parte procuravit data dictis *fratribus de Hage.* quadam pecunie quantitate. quod dictum feodum in manus noſtras liberaliter reſignarunt. cedentes nichilominus omni juri ſeu conſuetudini. quod ipſis fratribus in dictis prediis competiit vel competere poterit in futurum. Nos. itaque ob honeſtatem dicti Monaſterii. & amorem Abbatis. dictam Advocaciam Eccleſie prefate condonantes. antedicta predia cenſemus ab omni jure advocaticio libera & ſoluta. volentes memoratas poſſeſſiones tantum propter Deum defendi. nec propter defenſionem talem quicquam ratione juris. petitionis vel conſuetudinis poſtulari. niſi dicta Eccleſia alium advocatum in poſterum elegerit. in eiſdem prediis. tunc ius advocaticium nobis ſalvum de cetero remanebit. In cujus rei teſtimonium tradimus preſens ſcriptum

tum

tum noſtri ſigilli robore communitum. cum teſtib9 ſubnotatis qui ſunt. *Al. de Vrowenhofen. R. de Aheim. H. de Mosdorf. Pentzchoferius. Peſingerius. Ludwicus Grans.* & ceteri quam plures fide digni. datum *Strwbing.* M. CC. LXXXII. XI. Kal. Martii.

Num. LIII.

Libertas Curiæ in Puech pro Anniverſario An. 1282.

Nos *HENRICUS* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni Dux Bawariæ* præſentibus profitemur quod empta jam dudum Advocatia Curiæ in *Puech* prope *Rein*, ubi tunc 4 ſcaphæ ſiliginis & una libra denariorum ratione juris advocatici ab eadem Curia recipi conſueverunt: Dominum *Vlricum* venerabilem Abbatem Eccleſiæ S. Georgii in *Pruſing* nobis ſpecialiter dilectum & ipſam Eccleſiam cui proprietas dictæ Curiæ attinet, promovere & honorare volentes, utpote quæ multum voluntariis obſequiis nobis complacuit: dictas 4 Scaphas ſiliginis in totum perpetuo remiſimus, nec cenſemus ultra unam libram denariorum a dicta Curia aliquid ullo tempore poſtulandum: ſed data nobis & hæredibus noſtris pro jure advocatico Curiæ in *Puech* una libra annuatim, nihil ultra ab ipſa Curia poſſumus poſtulare vel valemus: quia in ſubſidium Cœnobii Pruſiningenſis fecimus, quatenus Opilionem ſeu Vaccariam ibi conſtituat, ut quoquo modo poſſit caſeis (in quibus defectum habuit) abundare. Sane promiſſis ſiquidem ultronee pro tali dono ac etiam donatione parochiæ in *Teurling* quam nuper eidem monaſterio liberaliter tradidimus jure noſtro, memoratus Abbas & Conventus dicti Cœnobii noſtrum anniverſarium, & dilectæ uxoris noſtræ Dominæ *ELISABETH* felicis recordationis, quando di-

vino

vino juſſu vocati fuerimus ex hac vita, illud obſequioſè annis ſingulis faciendo gratiſſime celebrare, & nihilominus benigne remiſerunt ſi ab ipſo monaſterio donorum & obſequiorum aliquid recepimus, quod non fuerat poſtulandum. In cujus rei teſtimonium præſens ei ſcriptum tradidimus inſtrumentum noſtri Sigilli munimine roboratum. Datum *Ratiſponæ* Anno Domini M.CC.LXXXII. in die B. Sixti Papæ.

Ex Fontilegio.

Num. LIV.

Jus coquendi calcem in Oberndorf. An. 1283.

Nos *HAINRIC9* Dei gratia *Palatin9 Comes Reni. Dux Bawarie.* Preſentib9 profitemur. quod cognita controverſia que mota fuit Eccleſie de *Pruſning* per Officiales noſtros de *Chalichgrube apud Oberndorf.* ob ſpecialia obſequia dicte Eccleſie recognoſcimus ei proprietatem loci calcis coquende. & ſi nobis competiit vel competere potuerit. totum jus noſtrum tradim9 Eccleſie memorate. nolentes ut aliqua calumpnia ex tali noſtra traditione in poſterum valeat ſuboriri. In cuj9 rei teſtimonium preſentes litteras aſſignam9 noſtri ſigilli robore communitas. datum in *Pruſning* Anno Domini. M.CC.LXXXIII. Dominica ante feſtum Beati Andree.

Num. LV.

Remiſſio dimidiae carradæ Vini intuitu Hoſpitalitatis. An. 1283.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia. *Palatin9 Comes Reni. Dux Bawarie.* preſentib9 profitemur. quod nos invitati fidelib9

H h obſe-

obſequiis. nobis impenſis. per Dominum *Vlricum* Venerabilem Abbatem Eccleſie Sancti Georii in Pruſning. allectique dulcedine bone fame dicti Monaſterii. & maxime hoſpitalitatis beneficiis. quib9 ſe conſuevit laudabiliter exercere. donam9. ſeu remittim9. ei. dimidiam carratam vini, que nobis ſingulis annis dari de Vinetis in *Oberndorf* conſuevit. renunciantes in perpetuum. omni juri & actioni. quod nobis ex porrectione predicte dimidie carrate vini competiit. vel competere poterat in futurum. ſalvo in omnib9 nobis jure advocaticio. quod in prefata Eccleſia habere dinoſcimur. extra dimidiam carratam predictam. quam ſolum ei remittim9 per preſentes. vt igitur premiſſa remiſſio. vel donatio per nos. & noſtros heredes nullam calumpniam paciatur. ſed perpetuo duratura firma permaneat. In hujus teſtimonium. ei preſens noſtrum tradimus inſtrumentum. noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum *Ratiſpone.* anno Domini. Milleſimo. Ducenteſimo. Octoageſimo tercio. in die Beati Andree. Apoſtoli.

Num. LVI.

Henrici Bav. Ducis amplum Privilegium intuitu Hoſpitalitatis. Anno 1286.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bauariæ*, præſentibus profitemur, quod invitati hoſpitalitatis oneribus, nec non multiplicibus obſequiis nobis per Eccleſiam de *Pruvening* impenſis, allecti bono teſtimonio Domini *Vlrici* nunc Abbatis, ob ſalutem noſtram & puerorum noſtrorum, & remedium parentum noſtrorum defunctorum, Eccleſiam in *Teurlingen*, cujus jus patronatus ad nos ſpectare dignoſcitur, legamus, donamus, tradimus Eccleſiæ in Pruveningen ſalvo jure Rectoris jam viventis, cui dictam donationem

in

in nullo præjudicare volumus, perpetuo poſſidendam: ita ut quidquid de obventionibus ejus ſupra proviſionem Sacerdotis ſecundum ordinationem Diœceſani Epiſcopi ſupereſſe poterit, ad Infirmariam fratrum ibidem debeat deſervire. Renunciamus itaque pro nobis & hæredibus noſtris omni juri quod nobis competit, vel competere poterat in Eccleſia memorata, & quiete ſub forma prædicta ac libere in Eccleſiam Prufening transfundimus antedictam. Præterea profitemur, quod cum dicta Eccleſia in prædiis ſuis apud *Gmünd*, quorum prædiorum advocatiam, *Chunradus* & *Zacharias fratres* dicti *Hagarii* a nobis poſſidebant in feudo, plurimum premerentur, dilectus nobis Abbas ipſius Eccleſiæ procuravit data dictis fratribus *de Hage* quadam pecuniæ quantitate, quod dictum feudum in manus noſtras liberaliter reſignarunt: cedentes nihilominus omni juri, ſeu conſuetudini, quod ipſis fratribus in dictis prædiis vel competiit, vel competere poterat in futurum. Nos itaque ob honeſtatem dicti monaſterii, & amorem Abbatis, dictam advocatiam Eccleſiæ præfatæ condonantes, antedicta prædia cenſemus ab omni jure advocaticio libera & ſoluta: volentes memoratas poſſeſſiones tantum propter Deum defendi: nec propter defenſionem talem quidquam ratione juris, petitionis vel conſuetudinis poſtulari, niſi dicta Eccleſia alium advocatum in poſterum elegerit in eiſdem prædiis, tunc jus advocaticum nobis ſalvum de cætero remanebit. Ipſam etiam Eccleſiam magis promovere ac honorare volentes 4 ſcaphas ſiliginis de jure advocaticio in *Pueck* in totum perpetuo remiſimus, nec cenſemus ultra libram unam denariorum a dicta a nobis vel hæredibus noſtris, aliquo ullo tempore poſtulandum. Inſuper eidem Eccleſiæ donamus ſeu remittimus dimidiam Carradam vini, quæ nobis ſingulis annis dari de vineis in *Oberndorf* conſuevit. Renunciantes in perpe-

tuum omni juri, & actioni, quod nobis ex porrectione prædictæ Carradæ dimidiæ vini competiit, vel competere poterat in futurum: ſalvo in omnibus nobis jure advocaticio, quod in præfata Eccleſia habere dignoſcimur, extra dimidiam Carradam vini quod ſolum ei remittimus per præſentes. Recognoſcentes eidem Eccleſiæ proprietatem loci calcis coquendæ *in Oberndorf*: & ſi nobis competiit & competere poterat, totum jus noſtrum tradidimus Eccleſiæ memoratæ: nolentes ut aliqua calumnia ex tali traditione impoſterum ſuboriri valeat.

Profitemur etiam præſentibus quod fidelis noſter *Dietericus Pincerna de FLUGELSPERCK* accepta quadam pecuniæ ſumma de Abbate in Pruſening ceſſit omni juri & utilitati, quod ſibi competebat, vel competere poterat in villa *Pruſening* in prædiis, vel hominibus citra vel ultra Danubium in judicio ſeu alio jure vel conſuetudine, aut uſurpatione, quocunque nomine cenſentur. ita quod jus ſi quid habeat ad conſervandum id Eccleſiæ ad petitionem Domini Abbatis *Wolfino filio judicis de Achbach*, *Friderico dicto de Galle*, *Chunrado de Galle*, & aliis quibus conferendum Abbas petierit, contulit, & confert titulo feudali. Et dictus Pincerna noſter ex nulla unquam cauſa dictam Eccleſiam ſuper præmiſſis de cætero infeſtabit. Nec etiam prædicti vel alii quibus conferunt, in futurum emolumentum aliquod ex prædicto feudo conſequentur. Item dictus Pincerna aliâs cavebit indemnitati Eccleſiæ & firmitati in hac parte quocunque modo, & quandocunque fuerit requiſitus. Sane fecimus præfatæ Eccleſiæ donationes, conceſſiones & gratias antedictas, propter ſtudia hoſpitalitatis quæ laudabiliter exercet. Remiſerunt etiam ipſi damna & injurias ſi quas per nos vel per noſtros hactenus ſunt perpeſſi; & nihilominus univerſi & ſinguli

de

de Conventu in hoc benigne, & favorabiliter convenerunt: quod anniverſarium noſtrum celebrabunt, annuatim, quando nos Dominus vocaverit ex hac vita, & *Dominæ uxori noſtræ ELIZABETH FILIÆ REGIS BELÆ UNGARIÆ* ſimiliter celebrabunt anniverſarium quæ jam dudum ſatisfecit legibus naturæ moriendo. In omnibus igitur præmiſſis ne calumnia valeat novercari: ſed ſingula ſuam teneant firmitatem inſtrumentum præſens conſcribi fecimus & noſtri ſigilli munimine roborari. Datis apud *Ratiſponam* Anno Domini M.CCLXXXVI. feria quarta poſt Dominicam Reminiſcere.

Ex Fontilegio.

Num. LVII.

Confirmatio omnium Bonorum pontificia An. 1289.

NICOLAUS Epiſcop9 ſerv9 ſervorum Dei. Dilectis filiis. Abbati Monaſterii Sancti Georgii in *Pruueninge* ejuſque fratrib9 tam preſentib9 quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentib9, apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur quod abſit, ſacre Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationib9 clementer annuim9, & Monaſterium ſancti Georgii in *Pruueninge* Ratiſponenſis Dioceſis in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipim9, & preſentis ſcripti privilegio communim9. In primis ſiquidem ſtatuentes ut Ordo Monaſtic9 qui ſecundum Deum & Beati Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitut9 eſſe dinoſcitur per-

petuis

petuis ibidem temporib9 inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcúmque Poſſeſſiones, quecumque bona idem Monaſterium impreſentiarum juſte ac Canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quib9 hec propriis duxim9 exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnib9 pertinentiis ſuis. Villam que *Pruueningen* vulgariter appellatur cum terris poſſeſſionib9 & omnib9 pertinentiis ſuis, nec non & Juriſdictionem temporalem quam habetis ibidem. De *Hembour*, de *Schambach*, de *Teurling*, de *Gebenpach*, de *Sintzing*, de *Lengenvelt*; de *Neunchirchen* (*) & de *Winchling* eccleſias cum Decimis terris poſſeſſionib9 & pertinentiis earumdem. Domos & areas quas habetis in *Civitate Ratiſponenſi*, & in Oppido, *Amberch*, de *Oberndorf*, de *Graſolving*, de *Meting*, de *Sworzenvels*, de *Gebenbach*, de *Popenreut*, de *Munnepach*, de *Seitenloh*, de *Melſtorf*, de *Gotelreut*, de *Scheſloh*, de *Sigel*, de *Seifritſreut*, de *Wikenreut*, de *Vnderloh*, de *Chunreut*, de *Pernreut*, de *Praunſhoven*, de *Charmanſelden*, de *Altenreut*, de *Waltenhoven*, de *Chlaidorf*, de *Hembour*, de *Neunchirchen*, de *Prukke*, & de *Typigreut* Villas, cum terris cultis, & incultis, poſſeſſionib9, vineis, Molendinis, pratis, nemorib9, ſilvis, paſcuis, & omnib9 pertinentiis earundem. de *Chinigeſwiſen*, de *Teiging*, de *Muſſe*, de *Prukedorf*, de *Owe*, de *Puch*, de *Erling*, de *Gemunde*, de *Hellenchoven*, de *Hagenpuch*, de *Akolving*, de *Teuſprunne*, de *Weiling*, de *Purring*, de *Andorf*, de *Guſſenpach*, de *Mainchoven*, de *Tompring* (**) & de *Ottring* curtes, cum terris, poſſeſſionib9, & omnib9 pertinentiis earumdem. Terras quoque, & poſſeſſiones quas habetis in locis que

Tum-

Tumkeu, *Graſchaft*, *Rechart*, & *Tangrintele* vulgariter nuncupantur. Et alias terras, poſſeſſiones, redditus & quicquid iuris Monaſterium veſtrum in Ratiſponenſi, & Eiſtetenſi Dioceſi noſcitur obtinere. cum terris, pratis, vineis, nemoribꝰ, uluagiis & paſcuis in boſco & plano in aquis & Molendinis, in viis & ſemitis, & omnibꝰ aliis libertatibꝰ & immunitatibꝰ ſuis. Sane Novalium veſtrorum que propriis manibꝰ aut ſumptibꝰ colitis, de quibꝰ aliquis hactenꝰ non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullꝰ a vobis Decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes, ad converſionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemꝰ inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco niſi artioris Religionis obtentu, diſcedere. diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullꝰ audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis Januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis camponis ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma vero oleum ſanctum conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicꝰ fuerit, & gratiam & Communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemꝰ inſuper ut infra fines Parrochie veſtre, ſi eam habetis, nullꝰ ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romànorum. Ad hec novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu decanis aliiſque omnibꝰ eccleſiaſticis ſecularibuſve

buſve perſonis a vobis omnino fieri prohibem9. Sepulturam quoque ipſi9 loci liberam eſſe decernim9, ut eorum devotioni & extreme voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint niſi forte excomunicati vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii null9 obſiſtat. Salva tamen juſticia illarum Eccleſiarum a quib9 mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manib9 eorum & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum null9 ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii Sanioris ſecundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes Auctoritate Apoſtolica prohibem9, ut infra clauſuras locorum ſeu Grangiarum veſtrarum, null9 rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates, a predeceſſorib9 noſtris Romanis Pontificib9 Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regib9 & Principib9, vel aliis fidelib9 rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmam9, & preſentis ſcripti Privilegio communim9. Decernim9 ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ej9 poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationib9 fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſib9 omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolice Auctoritate, & Dioceſanorum

Epiſ-

Epiſcoporum Canonica juſticia, & in predictis Decimis moderatione Concilii Generalis.
Si qua igitur &c. &c. Amen. Amen. Amen.

Ego *NICOLAUS* Catholice Eccleſie Epiſcopus SS.
† Ego Frater Latin9 Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcop9 SS.
† Ego Gerard9 Sabinenſis Epiſcop9 SS.
† Ego Bernard9 Portuenſis & ſancte Rufine Epiſcop9 SS.
† Ego Gerard9 Peneſtrin9 (***) Epiſcop9 SS.
† Ego frater Hugo titulo ſancte Sabine Preſbiter Cardinalis SS.
† Ego Mathe9 Sancte Marie in porticu Diacon9 Card. SS.
† Ego Benedict9 Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacon9 Card. SS.
† Ego Neapoleo Sancti Adriani diacon9 Card. SS.
† Ego Petr9 Sancti Euſtachii Diacon9 Cardinalis SS.

Datum *Reate* per manum Magiſtri *Johannis Decani Bajocenſis* ſancte Romane Eccleſie vicecancellarii. Kal. Julii. Indictione ſecunda. Incarnationis Dominice. anno. M.CC.LXXX-VIIII. Pontificat9 vero Domini Nicolai. Pape. IIII. Anno ſecundo.

(*) Balbini ut alibi prædiximg.
(**) Hodie & vulgo Tunting.
(***) Ita Originale forte errore man9 proniſſimo.

Num. LVIII.

Recognitio Libertatis in quibusdam Curiis An. 1290.

Nos *OTTO* Dei gratia, *Palatin9*, *Comes Reni*, *Dux Bawarie*, preſentib9 profitemur, quod cum inſpecto tenore Privilegiorum Monaſterii ſancti Georgii, in *Pruſninge*, que per

 ſapi-

ſapientes noſtros diligenter examinavim9, nobis evidenter conſtaret, quod due Curie in *Chunigeſwiſen*, ſite, inter *Prül*, & *Dehpeten*, ſimul cum advocatia ibidem, ac aliis ſuis jurib9 & pertinentiis, ex concambii vel permutationis cauſa, per progenitores noſtros olim plene, & liberaliter facta, pro fundo noſtri caſtri *Abbach*, ad idem Monaſterium ſpectarent, proprietatis titulo ab antiquo, prout in eorum privilegiis continebatur publice & preciſe. Et quod poſt eandem permutationem, ſeu donationem jam dicti Monaſterii, Abbas & Convent9, tam per vicedominos, quam per alios officiales noſtros, in eiſdem Curiis, & condicionib9 earundem, fuiſſent contra Privilegiorum ſuorum libertatem, diverſis exactionib9 Steurarum, & aliarum preſtationum, ex Jure advocaticio debitorum, multociens pregravati, in quib9 iidem Officiales noſtri, eis exſtiterant, nimium oneroſi, nos de Kariſſimorum *fratrum noſtrorum*, *LVDWICI* & *STEPHANI*, expreſſo beneplacito atque voto, principaliter propter Deum, noſtram, & Progenitorum noſtrorum, & maxime Kariſſimi Patris noſtri, Domini *HEINRICI*, Illuſtris *Comitis Palatini Reni*, *Ducis Bawarie*, nuper defuncti, Dive Recordationis ſalutem, & nichilomin9, ad diligentem inſtantiam Venerabilis in Chriſto *Vlrici* Abbatis, ejuſdem Eccleſie, *noſtri* Devoti, & *ſpecialis Capellani*, in premiſſis Curiis Advocatia & aliis attinentiis, prefato Monaſterio plenam recongnoſcim9 libertatem, & eadem Jura confitemur, expreſſe ad ipſos, Abbatem & Conventum in Pruſninge, proprietatis titulo pertinere. Volentes & decernentes ex nunc, prenotatas Curias cum ipſa advocatia & ceteris ſuis jurib9 & appendiciis quibuſcumque, ab omni exactione ſteure, ſeu qualibet alia preſtatione, que per vicedominos, aut alios officiales noſtros acten9 non ſine gravi eorum prejudicio fieri conſueverunt, fore a modo liberas & immunes,

munes, nobis tantummodo in eiſdem Curiis, Juriſdictionem ſeu judicium, & Vecturam Victualium verſus *Abbach*, pro noſtris neceſſitatib9 reſervantes. Nec aliter jam dicto Monaſterio, ſuper prefatis juribus advocatie, exactionum & aliarum preſtationum donam9 ſeu recongnoſcim9 libertatem, niſi quam diu propriis ſumptib9 excolent curias memoratas; quia ſi quando ad alienam culturam ſe converterent, ex tunc ad priorum Jurium, & preſtationum requiſitionem, tam in advocatia, quam in aliis jurib9 nobis debitis, libere & licite revertemur. In huj9 igitur rei memoriam preſens ſcriptum, ſigilli noſtri appenſione, pro teſtimonio placuit communiri. Huj9s rei teſtes ſunt, Domin9 *Wernher9* Venerabilis Abbas Eccleſie ſancti *Emmerami* Ratiſpone, Domin9 *Ebo* Abbas in *Prül*. Magiſter *Gundaker9* Prothonatari9 noſter, Domin9 *Perhtoldus Kamerit* Canonic9 Ratiſponenſis, *Pernger9 Comes de LONSPERCH. Albert9 Comes de HALSE. Vlric9 liber de ABENSPERCH. Chunrad9 de SWARZENBURCH. Albert9 Vicedomin9 noſter de Strubinga. Karol9 de Rein* frater ſu9. *Frideric9 de Perg. Howordus de Suniching. Sighardus de Eglolfeſheim. Frideric9 de Eglofesheim. Otto de Avekking*. & alii quam plures. Datum & actum, Apud Caſtrum noſtrum *Abbach*. Anno Domini. Milleſimo. Ducenteſimo, Nonageſimo. In feſto Beate Margarete, Virginis ac Martiris, Deo digne.

Dem Würdigen in Gott Unſerm lieben Gethreuen Abbten Unnſers Cloſſters Priſening

Priſening.

Appendix A. ad praecedens Inſtrumentum.

Von Gottes Genaden Ferdinand Maria in Obern und Nidern Bayrn auch der Obern Pfaltz Herzog Pfalzgraf bey Rhein

deſs Heyl. Röm. Reichs Ertztruchſeſs und Churfirſt Landtgraf zue Leichtenberg.

Unnſern Grueſs Zuvor, Würdiger in Gott, lieber gethreuer. Wür haben Eure underſchidliche diemietigiſte Berichten empfangen, und Waſsgeſtalten Camerer und Rhat zue Regenſpurg ſich allerhandt Thettligkeitten, und Unnſs an Unnſer Landtsfürſtlichen hochen Obrigkeitt ſelbſt præiudicirlicher eingrüff angemaſſet, auch noch weiters Euch bethrolich ſeindt, mit mehrerm vernommen.

Was Wür nun hieryber erſagten denen von Regenſpurg zuegeſchriben, haben Wür Euch mit diſem genädigſten Bevelch beyſchlieſſen wollen, daſs, uf den Fahl wider beſſers verſechen, Sye noch etwas weiters nachthailliges vornemmen, ſelbes Unns Ir ſowohl als zu Unſer Regierung Straubing unverzogentlich umb weitere Verordnung willen berichten ſollet, maſſen Wür wegen der beim Stainbruch auf den *Königswiſeriſchen Gründten* jüngſtlich an einem Catholiſchen Feürtag verrichter arbeit Unſerm Pflegs Commiſſari zu *Kelhaimb* Commiſſionsweiſs auftragen laſſen, von denen von Regenſpurg die Verſchaffung der arbeiter zu begehrn, und ſelbe abzeſtraffen, da ſich aber diſe oder andere auf bemelt Euren Gründten an Catholiſchen Feyrtegen zu arbeitten, über diſs noch Khonfftig underſtehen würden, habt Ihr von hofmarchs Obrigkeit wegen, die vernere gebührente Straff vorzunemmen, jedoch wüſſet Ihr auch ohne vorgehende gnuegſame Urſachen gegen denen von Regenſpurg und deren Underthonen mit Thettligkheitt nit gar zu voreillent zuverfahrn, und vilmehr zu Erhaltung gueter Nachbarſchafft zwiſchen Euch, dahin gedacht zuſein, daſs die vorfallende Miſſverſtandt Zeitlich gegeneinader erleüttert,

und

und alſo in Güete etwan durch gewiſſe mitlſperſohnen (doch Unns und Eurem anverthrautten Cloſter ohne præiudiz) mechten hindan gelegt und verglichen werden. So Wür Euch zur nachricht nit verhalten wollen. Vnd ſeindt Euch anbey mit Genaden.

Minchen den. 12. Martii Anno 1657.

Ferdinandt Maria Churfürſt

Manupropria.

Appendix B. ad præcedens Inſtrumentum.

Ferdinand Maria, Churfürſt &c.

&c. Erſame liebe. Wür werden glaubwürdig berichtet, waſsmaſſen Unſs Ihr an unſer wolhergebrachten Landtsfürſtlichen hochen Obrigkheit, und dan dem Würdigen in Gott Unſerm lieben gethreuen, Abbten unſers Cloſſters Prifening an ſeiner hofmarchlichen Nidergerichtbarkheit Unſs zueſtehender Gerechtſambe bey dem Hof Königswiſen, etliche præiudicirliche eingrif zu erzaigen Euch Underſtanden habt, in deme nit unlengſt auf ſelbigen Königswiſeriſchen Grindten an Catholiſchen Feürtägen bey ainen Stainbruch auſs Eurem Bevelch arbaiter angeſtelt, und ſonſt allerhandt Thettligkheit veryebt: gegen des Cloſſters Underthon repreſalien gebraucht: die Steur zu erlegen dem beſüzer des Guetts Konigswiſen verbotten: und yber diſs erſagtem Prælathen zu Prifening jungſtlich durch Schreiben von Euch betroet worden, mit dergleichen attentaten Eur vermaintes Recht hindurch zu bringen.

Demnach aber ſolches alles den Reichsſazungen, und dem jungſten Fridenſchluſs zugegen, und Wür ainigen Unſerm Churhauſs nachthailigen eintrag bey unſrer Landtsfürſtlichen ho-

hochen Obrigkheit, weder dieſer noch andern Orthen zu geſtatten, noch auch zu ſechen gedacht ſein, daſs gegen Unſrn Landts Stendten und Underthonnen von Euch oder Eurer Undergebner Burgerſchafft ainige ungebürliche Attentaten veryebt oder in der Juriſdiction eintrag erzaigt werdten; alſs haben wür wider die vorgangne Ungezimmende anmaſſungen nit allain hiemit proteſtiren wollen, ſondern auch Unſs verſechen, Ihr werdet hinfürters dergleichen widerrechtliche bezaigungen ſowohl ſelbſt einſtellen, alſs auch Eure Undergebne davon ernſtlich abmahnen, fur diſs mahlen aber die Jenige, welche an dem Cathollischen Feyrtag jungſtlich bey dem Stainbruch auf denn Königswiſeriſchen Grindten die arbaith verricht haben, zu Unſrm Pflöggericht Khelhaimb verſchaffen, damit gegen Ihnen daſelbſt die Gebür khine vorgenommen werden, maſſen *da Ir* wider denn Prælathen zu Prifening alſs einen Landtſtandt wegen des Stainbruchs abgebrochner Hitten, oder in anderweg einig billichmeſſige beſchwerth zu haben vermaint, Ihr ſolches vilmehr bey Unſrer Regierung Straubing alſs ordentlichen *Richtern* anzubringen wiſſen, und daſelbſt Euch die Gebür und billichkheit willfahrt werden ſolle, dann widerigen fahls da Ihr ſolcher præiudicirlicher eingrif gegen Unſs oder gegen mehrgedachtem Prælathen Eur alberait beſchechner betroung nach einiger Thättligkheit Euch verners underſtehen wurdet, Ir leicht zu ermeſſen habt, daſs wür nit vorbey Khindten, unſs durch gezimendte mitl ſowohl bey unſr Landtsfürſtlichen hochen Obrigkheit zu manuteniren, alſs auch des Prælathens als eines Landtſtandts anzunemmen, und Ime gebürent Schuz zehalten &c. Minchen den 12ten. Martii A°. 1657.

Churfrl. Hofcantzley.

An die von Regenſpurg abgangen.

N. LIX.

Num. LIX.

Jura Figulorum in Preprun 1290.

Nos *Ulricꝰ* Dei gratia humilis Abbas, totuſque Conventꝰ, Eccleſie Sancti Georgii in *Prüſing* tenore preſentium profitemur, quod cum figuli in *Premprunne*, ab antiquo, pro utenſilibꝰ terreis faciendis argillam de curia noſtra in *Chunigeſwiſenn*, pro cenſu annuo infra ſcripto, acceperunt, ad inſtantiam & petitionem ipſorum figulorum, jus quod hucuſque in argilla predicte Curie noſtre habere viſi ſunt, ipſis contulimꝰ perpetuo poſſidendum, his conditionibꝰ nihilominꝰ bene notatis, videlicet ut argilla, unicuique ipſorum figulorum per Proviſorem ipſiꝰ Curie noſtre in *Premprunne* ante domum ſuam ducatur, ipſiꝰ Proviſoris laboribꝰ & expenſis, ita tamen ut de qualibet vectura ſeu Carrada conſueta, proviſori tres denarii ad manꝰ perſolvantur, ſine dilatione qualibet, niſi inducias habeant de voluntate Proviſoris, Nec etiam aliunde, quam per Proviſorem ipſiꝰ Curie liceat ipſis figulis aliquas vecturas fieri de Argilla, niſi forte occupatio legitima Curie inſtaret, tunc de licentia noſtra, ſeu Prouiſoris noſtri, cuilibet ipſorum figulorum, unam vel duas vecturas, per currus alienos indulgemꝰ. Preterea ſingulis annis in die beati Georgii. Patroni noſtri, predicti figuli ſolvent nobis, vel ei qui loco noſtri fuerit in Eccleſia noſtra, & non alibi, quilibet hoſpes domꝰ quadraginta denarios Ratiſponenſes, & quilibet ſociꝰ operis, qui vulgariter *Gmainer* dicitur viginti ſex, & quilibet domeſticꝰ viginti ſex denarios, Ad idem nihilominꝰ tenebuntur, qui noſtra licentia ſe cum predictis figulis in *Premprunne*, vel alias impoſterum receperint ad operandum, inſuper quilibet predictorum figulorum, dato

cenſu

cenſu debito, aſſignabit Domino Abbati in feſto ipſi9 Patroni unum denarium, pro indicio inſtitutionis anni tunc inſtantis, & dimidium ipſorum denariorum Dominus Abbas eis reſtituet ad bibendum. Item quicunque ipſorum figulorum, cenſum ſuum in die beati Georgii ſolvere neglexerit, ex tunc omni vectura carebit, donec de cenſu ſuo nobis ſatiſfaciat, prout ſuperi9 eſt expreſſum, Item dabunt nobis annuatim centum utenſilia terrea bona & fortia, tempore anni, quo cellerario noſtro viſum fuerit expedire, hoc finaliter adjecto, ut ſepedicti figuli jure quod eis contulim9, per nos privari non debeant, nec etiam eis licitum eſt, argillam alias recipere, quamdiu in poſſeſſionib9 Eccleſie noſtre, argilla pro ſuis utenſilib9 bona & competens poterit inveniri, In cuj9 rei teſtimonium ipſis preſentem paginam, inde conſcriptam dedim9, ſigillorum noſtrorum impreſſione roboratam, Datum *Präſing* Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Nonageſimo in die Beati Thomæ Apoſtoli.

Num. LX.

Jus alluvionis in Danubio An. 1293.

Nos *LUDOVIC9* Dei gratia *Comes Palatin9 Reni & Wauarie Dux* tenore preſencium conſtare volum9 univerſis quod nos ad inſtanciam peticionum dilectorum noſtrorum Abbatis & Convent9 de *Bruſenigen* ſola moti miſeracione Divina multiplices monaſterii eorum defect9 attendentes predictis Prelato ac conventui eorumque omnib9 ſucceſſorib9 propter grata ac fidelia ſervicia que nobis hacten9 fideliter impenderunt & que fidelius impendere in futurum poterunt intuituque Religionis cui favor debetur plurim9 ac ſubſidium preſtandi Nos igitur predicta conſiderantes omne Jus quod nobis competebat vel compete-

petere poterat in *rippa Danub9* ita ut quidquid pretacta rippa fundo Sancti Georii addiderit firma ac inviolabiliter Monaſterio Sancti Georii permaneat Accepta itaque quadam ſumma pecuniarum videlicet XIIcim libris argenti libere tradidim9 tria prata Abbati & Conventui predicti Monaſterii eorumque ſucceſſorib9 in perpetuum poſſidenda que Wr (*) *Anſchut* nuncupantur videlicet dy Anſchut ante fundum S. Georii in *Oberndorf* & in *Mäting* & in *Bruſſening* minori (**) in brachio danuby volentes inſuper ac firmiter mandantes ut aliqua ex tali noſtra tradicione calumpnia in poſterum non valeat ſuboriri ſed ſingula ſuam teneant firmitatem Has litteras noſtri ſigilli munimine fecim9 roborari. Datum *Ratiſpone* Anno Domini M CC°LXXXXIII feria quarta poſt Dominicam Reminiſcere.

*) Forte: *Wäſſer-Anſchut.*

**) *Klein Priſling.* Inſula vero iterum abſorpta fuit.

Num. LXI.

Confirmatio apoſtolica Privilegiorum An. 1301.

Bonifatiq Epiſcopus ſerv9 ſervorum Dei Dilectis filiis . . Abbati & Conventui Monaſterii de Primetingin Ordinis ſancti Benedicti, Ratiſponenſis dioceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precib9 favorem Benevolum impertiri, Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationib9 grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates a Predeceſſorib9 noſtris Romanis Pontificib9 ſive per Privilegia ſeu alias indulgentias, vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & Exemptiones ſecularium exactionum a Regib9 & Princi-

cipib9 ac aliis Chriſti fidelib9 rationabiliter vobis indultas ſicut eas juſtę ac pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmam9 & preſentis ſcripti patrocinio communim9. Nulli ergo &c. &c. Datum *Laterani* II Nonas Februarii Pontificat9 noſtri anno Octavo.

Num. LXII.

Steura in Pruktorf. An 1319.

Wir *HEINREICH. OTT.* und *HEINREICH.* von Gots Gnaden *Pfallentz Graven ze Rein und Hertzogen in Baiern.* verjehen offenbar an diſem brief. Daz uns der Erſam. Abtt. *Albręcht. von Prufning.* geinnert. und beweiſt hat. daz von altem Recht. und Gewonhait her untz an uns chomen iſt umb ſeines Gotshaus. Hof ze *Pruktorf.* alſo ſwenn in ein. Münich. pawet. und dar auf ſitzet. daz uns danndhain Stewer da von gevollen ſoll. an ander Voderung. als umb. Nachtſeld. haben wir di weil dar auf. Swenn aber ein Pauman. darauf ſitzet. der ſol uns geben. die gewonlich Stewr. und dez ſelben Rechteu haben wir uns ervaren. mit unſern. Ambtläuten. und da von wellen wir. daz ez dem vorgenanten Gotshaus. ze. Prüfning. an unſer. und aller unſer Ambtläut irrung ſtät beleibe. als oben iſt verſchriben. und ze Urchund geben wir im den brief verſigelten, mit unſerm Inſigel. der iſt geben ze *Strubing* Milleſimo. CCC. Decimo nono. an dem nähſten Ertag. nah ſand. Eraſmen. tag.

Num. LXIII.

Largitio Jurisdictionis Hofmarchialis An. 1324.

Wir *LUDWIG* von Gottes genaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten mehrer des Reichs, Thun Kundt offentlichen

chen mit diſem Brieff, daſ Wir den geiſtlichen Mannen dem Abbt und dem Convent gemanchlichen des Kloſter zu *Prüfening*, unſerm lieben demütigen die beſondere Genad gethan haben. Und thun auch mit diſem Brieff, daſs wir wöllen, daſ ſie oder ihre Richter hinter allen ihren Leuthen, die zu *Oberndorff*, zu *Mattingen*, zu *Graſolfingen* gelegen, inn die Hoffmarck geſeſſen, die das Gottshauſ zu *Prüfening*, angehören, umb alle Sach richten mögen und ſollen ohn die drey Sach, die Wir mit Namen auſnemmen das iſt, *Todtſchlag Nothnufft* und *Dufen*, und nämblichen die Dufen, damit der Mann das Leben verwürcket, die uns angehören zu richten, Wäre aber daſ deſ vorgenandten Kloſters Leuthe die in der obgeſchribnen Hoffmarckt wohenendt, und geſeſſen ſeyndt, da einer mit der vorgenanter dreyer Sach einer oder mehr begriffen, oder beſchuldiget wurde, den ſoll Unſer Richter fordern an deſ vorgeſchribnen Kloſters Amptmann, unnd der ſoll ihn antworten, als ihn die Gürtel begriffen und umbfangen hat, und ſoll Kein Unſer Amptmann mit ſeinem Guet nichts zu ſchaffen noch zu thun haben. Und darüber zu einem Urkund geber Wir ihn diſen Brieffe mit unſerm Keyſerlichen Inſigel, der geben iſt zu *München* am Freytag vor dem Pfingſtag nach Chriſtus Geburt M. CCC. XXIV. Jar, in dem 30. Jar unſers Reichs, unnd inn dem 17. des Keyſerthumbs.

Num. LXIV.

Jus alluvionis Danubii prope Gemund. An. 1328.

Wir *HEINRICH* von Gots genaden *Pfallentz Graff ze Rein. und Hertzog in Bayern.* verjehen offenbar an dem brief daz wir durch unſer Vorvodern vnſer. und vnſer nachchomen

Hail und Saeld. dem Abbt und dem Conventt ze *Pruſling* bei Regenſpurch di genade haben getan. daz wir in geben ſwaz di Tunaw geſchutt hat ab ir aigen ze *Gemund* wider auf ir Aigen. alſo daz di ſelb Schvtung ſwaz der iſt demſelben Gotshaus ewichlich beleiben ſol. an alle unſer und unſrer Amptlæut irrung und Chrieg. Daz dem oben genanten Gotshaus di oben verſchriben Genade ewichlich ſtæt vnd unzerbrochen beleib. darüber ze einem Vrchund geben wir in den brief verſigelten mit unſerm Inſigel. der iſt gegeben ze *Chelhaim.* da von Chriſtes gepurtt waren drevzehen hvndert Jar. darnach in dem Acht und zwainzigiſtem Jar. an aller heyligen Abent.]

Num. LXV.

Confirmatur Jus alluvionis apud Gemund. An. 1331.

Wir *HEINRICH. der Jung* von Gotes Genaden. *Pfallenz Graf ze Rein. und Hertzog in Bayern*, verjehen offenbar an dem brief wan unſer lieber *Vetter Hertzog HEINRICH* dem Erbem Gotshaus ze Prüfling bei Regenſpurch. di Genad gethan hat. vnd dem Abt. dem Convent. vnd dem ſelben Cloſter gegeben hat. ſwaz die Tunaw geſchütt hat. ab ir aigen. ze *Gemünd* wider auf ir aigen. als der brief ſagt den ſi von im dar vber habent. den ſelben brief. und di ſelben gab und Handlung. beſtäten und veſten wir in mit dem brief. alſo. daz wir durch unſerer Vorvodern vnſer und unſer Nachchomen hail und ſaeld dem vorgenantem Abt. dem Convent. und dem ſelben Gotshaus ze Prüfling die genad getan haben. daz wir in geben. ſwaz di Tunaw geſchütt hat. ab ir aigen ze *Gemünd* wider auf ir aigen. alſo daz di ſelb Schüttung. ſwaz der iſt. dem ſelben Gotshaus ewichleich beleiben ſol. an aller unſer und un-

ſerer

ſerer Amptläut irrung. und chrieg. daz dem oben genantem Gotshaus. di oben verſchriben genad ewichleich ſtät und unzerbrochen beleib. dar über ze einem vrchund. geben wir in den brief. verſigelten mit unſerm Inſigel. der iſt gegeben ze *Regenſpurch.* do von Chriſtes gepurtt warn. drevzehen hundert Jar. dar nach in dem ainem und dreizzigiſten Jar. an unſer frawen Tag als ſi geborn wart.

Num. LXVI.

Permutatio Vineæ cum Silva. An. 1334.

Weier Holtz gelegen an dem Tunaw perg oberhalb der Kirchen zu *Ortt* Perg und Tal. Grunt. podem Stokch Holtz Stauden Stein Waid Waſſer und allen Wilpan, mit aller Ir Zugehörung oberhalb der erde und darunder. als es ausgemarcht iſt. von ſand Hayman (*) Holtz von der Gemain zu Prufening. und von andern Holtzern und Ackern do umb. mit allen eren rechten gewonhaiten. und mit aller Herlichkeit. und mit allem nütz der von der Waid. und von allen andern Sachen komen mag. das alles ewiclich hinfur freielich mit allem frid ze nieſſen und nützen. nach allem Irem frumen und nutz an unſer und aller meinklichs irrung und Hindernuzz auch alles oben benant und yedes beſunder mit aller ſeiner Zugehörung nichts auſgenomen fur aller meinklich fur ain freyes ledigs aigen gut. Wann *uns* ain gantz benügen von In darum geſchehen iſt zu dem ſi *uns* auch ainen Jartag. haben ſullent nach des Priefs lautt den wir von in darumb haben. und darumb ſetzen wir ſi auch des alles in nützliche Gewer. und verzeihen uns auch des *alles in* Kraft und Macht des briefs ze durchſlacht für uns für *all* unſer Erben und nachkomen. und ob das benant Weier Holtz hinfur in unſern briefen Vrbarpüchern funden oder mit Kuntſchaft ſolt uns zu geſagt werden. das ſol alles kain Kraft haben wider den Prief und alles ab und tode ſein. Wann wir ſelben wellen ir recht gewerer vmb di benanten gab ſein von wem es In anſprach wirt zu Vrkunt geben wir obgenante Fürſten. den benanten unſern lieben Andechtigen Herrn Albrechten Abbt dem Convent Iren nachkomen. und Sand Georgen Gotzhaus zu Prufenyng den brief verſigelten mit unſern aigen anhangenden Inſigeln fur uns fur all unſer Erben und Nachkomen ſtät zu haben alles das der Prief ausweiſſt. Geben zu *Munchen* an ſant Fabianꝰ und Sebaſtianꝰ der heyligen Marter tag In den Jaren

als

als man Zalt nach Chriſti unſers Herrn Gepurde Viertzehen hundert und in dem funf und zwaintzigiſte Jare.

*) Haymeram.

Num. XCV.

Confirmatio Cæſarea Juriſdictionis baſſae An. 1434.

Wir SIGMUND von Gotes Genaden Romiſcher Keiſer tzu allen tzeiten Merer des Reichs und tzu Hungern tzu Beheim Dalmacien Croacien &c. Kunig Bekennen und tun Kunt offennbar mit diſem brieff allen den die in ſehen oder horen leſen, Das uns der Erwirdig Heinrich Abbt des Cloſters tzu Brüflingen Unſer lieber Andechtiger diemüticlich gebeten hat, das wir Im und ſeinem Convent und Cloſter tzu Pruflingen, alle und yegliche Ire Genade Freiheite Rechte brive Privilegia hantveſten Gutere lute Gerichte und gute Gewonheiten. Vnd das dorf Brüflingen und Pruckdorf, mit irem Rechten und tzugehorungen, die iren Vorfarn. und In von unſern Vorfaren Romiſchen Keyſern und Künigen, und andern Fürſten, Herren, und fromen Criſten gegeben ſind, und die ſy redlich hergebracht hant. Vnd auch nemlich diſen nachgeſchriben brief und Privilegium. den Iren Vorfaren und In, und demſelben Cloſter, Keyſer Ludwig, uber Ire gutere und freyheit gegeben hat, zu beſtetigen, und tzu confirmiren genediclich geruehten, derſelb brieff von Worte tzu Worte, alſo lauttet: *Wir Ludwig von Gotes Genaden Romiſcher Keyſer* &c. ut ſupra N. LXIII. Des haben wir angeſehen ſoliche fleyſſige und diemutige bete, und auch den loblichen Gots dienſts der in dem ſelben Cloſter, mit ſingen und leſen und andern tugentlichen guten Wercken und Vbungen ſteticlich begangen wirdet, und haben darumb mit wolbedachtem Mute, gutem Rate und recher Wiſſen, dem

vor-

vorgenanten Abbt Convent und Cloſter tzu *Bruſlingen* und Iren nachkomen daſelbſt, alle und yegliche Ire vorgenante Genade Freiheite Rechte brive Privilegia hantveſten, guten, lewte, Gerichte, und gute Gewonheite, und dartzu nemlich *Bruſlingen* das dorff und *Pruckdorff* mit Iren tzugehorungen, und Rechten, und auch nemlich den obgeſchriben Keyſer *LUDWIGS* brieff, in allen und yeglichen iren puncten Clauſulen Artikeln begreiffungen und Meynungen, als dann die alle von Worte tzu Worte lautten und geſchriben ſind, und derſelb Keyſer Ludwigs brief, davor geſchrieben ſteet, genediclich befeſtnet beſtetiget vernewet, und Confirmiret, beſtetigen befeſtnen vernewen und confirmiren in die von Romiſcher Keyſerlicher Macht, in Crafft diſs brieffs, und meinen ſetzen und wollen, das die alle furbaſs crefftig ſein, und beleiben ſollen, und das die vorgenten Abbt, Convent, und Cloſter, und ire nachkomen, dabei beleiben und der gerulich gebruchen und genieſſen ſollen und mugen, von aller menigclich ungehindert, und wir gebieten auch darumb allen und yeglichen Furſten, Geyſtlichen und Werntlichen, Grauen Freyen, Herren, Edeln Rittern Knechten Amptleuten Lant Richtern Richtern Vogten Burgermeiſtern Reten und Gemeinden der Stete, Merckte und dorffere, und ſunſt allen andern unſern und des Reichs Undertanen und getrewen, ernſtlich und veſticlich mit diſem brieffe, das ſie die obgenanten Abbt Convent und Cloſter und ire nachkomen, an den vorberurten iren, Genaden, Rechten, Freyheiten, briven, Privilegien, Hantveſten, gutern, luten, und guten Gewonheiten, nicht, hindern, irren, oder darein greyffen ſollen, in gheinweyſs ſunder ſy dabey veſticlich und getrewlich von unſern und des Reichs wegen Schutzen Schirmen, hanthaben, und geruhlichen beleiben laſſen, als lieb in unſere und des Reichs ſwere

Un-

Ungenade, und dortzu die pene in deſſelben Cloſters briven und privilegien begriffen ſey zuuermeiden, Mit Urkund diſs briefs verſigelt mit unſer Keyſerlichen Mayeſtat anhangenden Inſigl. Geben tzu *Regenſpurg*, nach Criſts Geburd viertzehenhundert Jar, und darnach in dem vierunddreiſſigiſten Jare, an ſand Michahels abend, Unſer Reich des Hungeriſchen &c. im Achtundvirtzigiſten des Romiſchen im fünf und zweinzigiſten des Behemiſchen im fünftzehenden und des Keyſertumbs im andern Jaren.

Ad mandatum Domini Imperatoris
Gaſpar Sligk miles Cancellarius.

Rta. Marquardus Briſacher.

Num. XCVI.

Conceſſio Alluvionis in Danubio. An. 1445.

Wir *ALBRECHT* von Gotes Genaden *Pfallentzgrave ze Rein Hertzog in Bairen und Grave zu Voburg* &c. verjehen offenlich an dem brieff wann von alten Rechten und Gewonhaiten unſer und unſers landes recht iſt wo das Waſſer ſchüt über all in unſerm lande mitten in dem Waſſer oder auff aines annderen aigen di ſelbig ſchüt von rechtes wegen unſer iſt Nü hat das Waſſer gewaltigklich geſchüt an und für das aigen des wirdigen Stifftes und Cloſter Sand Jorgen zu Prüffening ain Werde zu Oberndorff niderhalb der mül auch ain ſchüt und werde zwiſchen des dorfs Mäting und des Weinpergs do ſelben über gemeltem Gotzhauſs zu gehörig, auch ain werde und ſchüt bei Alkoven vber, mer ain werde In der Tonaw gegen Prüflinger Müll über die gemelten Werde und anſchüt der win-

dig

dig unnſer lieber getrewer Abbte des wirdigen Gotzhauſs Sant Jörgen zu Prüffening auch ſein Convent und Ir Vorforder lange weill und zeit Inne gehabt haben und gelihen als unns der Erſamme Abbte unndtterricht geben hat. Haben wir auſs ſonnder zu naigunn Sannt Jörgen und des wirdigen Gotzhauſs auch umb unnſerr und all unnſerr Vorvordernn Sel ſälikait willen auch umb manicherlay Prechenhait ſo wir an gemeltem Gotzhauſs gemergkt haben unns aller Gerechtikait und annvordrung ſo wir vermaint haben gantzlich vertzigen auch Inn und mit Chrafft diſs brieffs vertzeihen alſo das wir oder yemants von unnſerer wegen kain anvordrung mer habenn ſollenn noch wollenn In kain Weiſs Wir habenn auch gemeltem Abbte Convent und Cloſter verwilligt was das Waſſer für und an Sannt Jorgen aigenn Schüt das di ſelbig Schüt an alle Irrum dem Gotzhauſs beliben ſolle, wir haben auch gemerckt gros Schuld und verderben darein das vorgemelt Gotzhauſs komenn iſt durch ſaummikait etlicher Preläten auch von mergklicher Gaſtum wegen ſo in gemeltem Gotzhauſs geſchicht hat uns unnſer lieber und getrewer Abbte mit ſampt ſeinem Convennt diemüttigklich angerüefft und gepeten ſolch mergklich Verderben Ires Gotzhauſs zu Hertzen nemmen und gnädigklich Hilff dar zu thüen Wann wir aber ſolche bete pillich und gepurlich ſein gemergkt haben damit die Münch daſelben deſterer gerwelicher unſerm lieben Herren dienen mechten So haben wir uns undterſtanden das Gotzhauſs und alle guter und lewte die inndert in unſerm Lande ſind und zu dem Gotzhauſs gehören ze Schutzen und Schermen vor aller beſchwerum und Vnrecht der Kains nit zu geſtatten darumbe wellen wir und gepieten ernſtlich das kainer unſer Ambtlewt das Gotzhaus über lad mit zu reiten faren oder gen auch ayncherlay nachtzil da ſuch da durch das Gotzhaus

ge-

geſchwert ſy ſonderwar ſolch unſer Ambtlewt und diener dar ob und dar an ſein da mit ſolchs vermitten bleibe. Allein ob wir oder unſer Ambtleüt icht von rechtens wegen da hetten uns vorbehalten wellen und gebieten fuerter allen unſern Pflegern richtern und dienärn den dieſer brieff fur kumbt ernſtlich das ſy des obgenants Abts und Convents Gotshaus güter und lewte von unſern wegen ſchutzen Schermen und nemand geſtatten das ſy wider recht umb getrieben werden bey vermeiden unſer groſſen Ungenäde des zu waren Vrkund geben wir gemelten Abbte Convent und Gotzhaus diſenn brieff beſigelt mit unſerm gewönlichen annhangenden inſigel der geben iſt zu *Pruſſening* an Pfintztag nach letare als mann zalt von Chriſti gepurdt tauſent Vierhundert und darnach In den funffundviertzigiſten Jaren.

Num. XCVII.

Inveſtitura Bambergenſis An. 1446.

ANTHONIꝰ Dei & Apoſtolice ſedis Gratia Epiſcopus *Bambergenſis*, Cum dudum Monaſterinm Sancti Georgii in *Pruſingen prope Ratiſponam* Ordinis Sancti Benedicti a piiſſimo Patre Sancto *OTTONE* quondam Bambergenſi Epiſcopo Predeceſſore noſtro de Eccleſia noſtra Bambergenſi ſuisque bonis & redditibꝰ fundata (*), ipſiꝰque Monaſterii Regalia temporalia & feudalia bona Jura & libertates, Inveſtituraque & inſtitucio de eiſdem ſibi & ſucceſſoribꝰ ſuis Epiſcopis Bambergenſibꝰ ab eiſdem conſerenda, & facienda reſervata exiſtant, recognoſcimus publice per preſentes, Quod Venerabilis in Chriſto nobis devotꝰ dilectꝰ. *Georiꝰ* in Patrem & Paſtorem dicti Monaſterii promotꝰ & confirmatꝰ prout ex litteris Reverendi Patris Domi-

ni *FRIDERICI* Epiſcopi *Ratiſponenſis* edocti fuim9, preſentiam noſtram perſonaliter adiit nobiſque humiliter ſupplicavit, quaten9 Regalia omniaque & ſingula temporalia & feudalia bona jura & libertates Abbacie & Monaſterii pretactis (**) ſibi conferre, ipſumque de eiſdem nec non earundem amminiſtratione & gubernacione inſtituere & inveſtire prout ab antiquis laudabiliter introductis approbatis ſcripturis & hucuſque obſervatis abſque interrupcione Jurib9 & conſuetudinib9 ad noſtros predeceſſores Epiſcopos Bambergenſes & nos talismodi Collacio Inſtitucio & inveſtitura pertinuiſſet atque ſpectaret gracioſi9 dignaremur Nos itaque Predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherere ac Prefati *Georii* Abbatis votis & precib9 tam juſtis quam racionabilib9 benigne annuere cupientes predicto *Georio* Abbati Regalia om̄nia quoque & ſingula bona jura & libertates Abbacie & Monaſterii ſui prefati recepto per nos primitus ab eodem tactis Sacroſanctis ſcripturis per ipſum preſtito debito Juramento & fidelitatis homagio ut moris eſt contulim9 ipſumque de eiſdem nec non eorundem amminiſtracione & gubernacione inveſtim9 atque ſibi conferim9 & de eiſdem inveſtim9 gracioſe per preſentes eo modo & jure quib9 ea omnia & ſingula conferre ac ipſum infeudare debem9 prout ex antiquis approbatis laudabiliter introductis preſcriptis & hacten9 obſervatis jurib9 & conſwetudinib9 Predeceſſores noſtri Bambergenſes Epiſcopi & nos conferre & Abbates predicti Monaſterii pro tempore recipere conſweverunt ſic quod Abbas ipſius Monaſterii pro tempore exiſtens antequam ſe de dicta amminiſtracione temporalium intromitteret conſuevit & tenebatur prout debebit ac tenebitur imperpetuum ab Epiſcopo Bambergenſi pro tempore in feudum acceptare & quod deinceps dicta bona, aut aliqua ex eis mobilia & immobilia precioſa quocunque nomine ſor-

copi

ciantur abſque ſpecialib9 conſenſu & Voluntate noſtri & Epiſcopi Bambergenſis pro tempore exiſtentis, non velit nec debeat de dicto Monaſterio ad alienas man9 dare vel quovis modo alienare, Noſtris tamen & Ecclefie noſtre ac quorumlibet aliorum jurib9 ſemper ſalvis, in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum ſigillum noſtrum maj9 preſentib9 eſt appenſum, datum in *Civitate noſtra Bambergenſi* ipſo die Philippi & Jacobi Apoſtolorum Anno Dominice Incarnationis milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo ſexto.

*) Ita membrana.

**) Ita membrana.

Num. XCVIII.

Reſtitutio in Integrum. An. 1456.

CALISTUS Epiſcop9 ſerv9 ſervorum Dei Dilectis filiis . . Abbati Monaſterii *Scotorum Ratiſponenſis* & Decano Eccleſie Ratiſponenſis ac Officiali Ratisponenſi Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dilectorum filiorum . . Abbatis & Convent9 Monaſterii in *Pruſingen* Ordinis Sancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis precib9 inclinati, preſentium vobis auctoritate mandam9 quatin9 ea que de bonis dicti Monaſterii alienata inveneritis illicite vel diſtracta ad jus & Proprietatem dicti Monaſterii legitime revocare curetis. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe Duo aut un9 veſtrum ea nichilomin9 exe-

 quan

quantur. Datum *Rome* apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Milleſimo Quadringenteſimo quinquageſimo ſexto Sexto Id9 Martii pontificat9 noſtri Anno ſecundo.

J. o. de. Cichinis.

Baudetus.

Num. XCIX.

Libertas eligendi confeſſarium. An. 1456.

DOMINIC9 miſeratione Divina titulo ſancte Crucis in Jeruſalem Preſbyter Cardinalis dilecto in Chriſto fratri *friderico Kelheimer* Preſbytero Monacho Profeſſo Monaſterii Sancti Georgii *Prumlungen* extra muros Ratiſponenſes Ordinis Sancti Benedicti Salutem in Domino Vt anime tue ſalubri9 conſulatur, Auctoritate Domini Pape, cuj9 Penitentiarie curam gerim9, devotioni tue conceſſimus, quatin9 liceat tibi de tui Superioris licentia ydoneum & diſcretum Preſbyterum in confeſſorem eligere, qui ſuper peccatis que ſibi confiteberis, niſi talia ſint, propter que merito ſit ſedes Apoſtolica conſulenda, auctoritate predicta tibi provideat de abſolutionis debite beneficio & penitentia ſalutari. Hinc ad Quinquennium quotiens fuerit oportunum Vota vero peregrinationis & abſtinentie, ſiqua emiſiſti, que commode ſervare non potes, Vltramarino beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli atque Jacobi Votis dumtaxat exceptis, commutet tibi hac vice idem Confeſſor in alia opera pietatis. Datum Rome apud S. Petrum ſub ſigillo Officii Penitentiarie. II.Id9 Junii Pontificat9 Domini *CALISTI* Pape III Anno Secundo.

Albano.

Jc. Pauli

Prola de Benenatis

A de Benenatis

Num. C.

Num. C.

Judices delegantur a Sede apoſtolica. An. 1457

CALISTUS Epiſcop9 Serv9 ſervorum Dei Dilectis filiis . . in *Pruel* & in *Balderbach* Ratiſponenſis Dioceſis Monaſteriorum Abbatib9 ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Conqueſti ſunt nobis. Abbas & Convent9 Monaſterii ſancti Georgii in *Pruſling* Ordinis ſancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis quod *Sighard9 Molitoris* Rector Parrochialis Eccleſie in *Abbach* & quidam alii Clerici & laici dicte dioceſis ſuper quibuſdam immobilib9 in dicta dioceſi conſiſtentib9 mobilib9que bonis, jurib9 feudalib9, & reb9 aliis ad dictum Monaſterium legitime ſpectantib9 injuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandam9 quatin9 vocatis qui fuerint evocandi & auditis hinc inde propoſitis quod juſtum fuerit appellatione remota decernatis facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere Quod ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe alter veſtrum ea nichilomin9 exequatur Datum Rome apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Milleſimo Quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo pridie Nonas Martii pontificat9 noſtri Anno tertio.

pro N de Ghunzano

Servatius

Num. CI.

S. R. E. Cardinales concedunt Indulgentias. An. 1467.

ALAN9 Epiſcopus *Peneſtrin9 Lodovici* titulo Sanctorum Quatuor Coronatorum *BARTHOLOME9* titulo ſancti Clementis

tis

tis Miſeratione divina Sacroſancte Romane Eccleſie Preſbyteri Cardinales. Vniverſis & ſingulis Chriſti fidelib9 preſentes litteras inſpecturis Salutem in Domino ſempiternam Splendor paterne Glorie, qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipſi9 clementiſſima majeſtate ſperantium tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precib9 & meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut eccleſia ſanctorum Georgii & Dionyſii in *Neunkirchen* jure ſubjecta filiali eccleſie Parrochiali in *Hernbaur* Ratiſponenſis Dioceſis congruis a Chriſti fidelib9 frequentetur honorib9, fideleſque ipſi eo libenti9 devotionis cauſa ad eandem confluant, quo ibidem dono celeſtis gratie vberi9 ſe conſpexerint refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ej9 auctoritate confiſi, omnib9 & ſingulis vere penitentib9 & confeſſis, qui dictam Eccleſiam in Nativitatis & Reſurrectionis Domini noſtri, nec non Penthecoſtes, Dedicationis, ac Patronorum ipſi9 eccleſie feſtivitatum dieb9 devote viſitaverint annuatim, & ad reparationem ac conſervationem edificiorum, calicum, librorum & aliorum ornamentorum pro divino Cultu inibi neceſſariorum man9 porrexerint adjutrices, Nos Cardinales prefati & quilibet noſtrum pro qualibet hujuſmodi die centum dies Indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer in domino relaxam9 preſentib9 perpetuis futuris temporib9 duraturis. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium premiſſorum preſentes litteras fieri fecim9 Sigillorumque noſtrorum juſſim9 appenſione communiri Datum *Rome* in domib9 noſtris ſolitis Anno a Nativitate Domini Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Septimo Idib9 Novembris Pontificat9 Sanctiſſimi Domini noſtri Domini *PAULI* Divina Providentia Pape Secundi Anno Quarto.

Num. CII.

Num. CII.

Apocha ſoluti debiti An. 1490.

Von Gotts Gnaden Wir *ALBRECHT Pfallntzgrave bei Rein Hertzoge in Bairn und Grave zu Vohburg &c.* bekennen für uns und unnſer Erben offenlich mit dem brieve Als wir *Vlrichen Saller* ſeiner hauſſrawen und Irn Erben Schuldig geweſen ſeyen vier und zwaintzig hundert guter Reiniſcher Gulden auf ain benant Zeit zu betzaln darumbe ſy unſern verſigelten brieve und borgen gehabt haben. Soliche Schuld und Schuldbrieve mitſambt der bürgſchafft wir geben und getan hetten durch Gottswillen. von wegen für die Andächtigen unnſer lieb getrew. *Eraſmen* die Zeit Abbt und das Convent unnſers Gotshauss zu *Brufeningen* von desſelben Gotshauss mercklicher Notdurfft Schuld und Armut wegen, dareiu es komen was ſolichs domit zufurkomen und zuwiderbringen. und unnsſelbs zu kainem nutzz oder fromen. in ſolichermass das uns die obgenanten Abbt und Convent und ir Nachkomen von ſolicher Schuld on allen Schaden wider ſollten entheben. Alſo bekennen wir, das uns unnſer lieber andächtiger *Georig* Abbt und das Convent des obgenanten unnſers Gotshauss *Brufeningen* von ſolicher Schuld gen dem *Saller* mit betzalung on unnſern Schaden enthebt und uns den obgenanten unnſern verſigelten ſchuldbrieve und borgen von Ime gelediget und ſolichen Schuldbrieve wider zu unnſern hannden übergeben und geantwurt hat, der abgetan worden iſt. darumbe wir ſy und Ir nachkomen quidtledig und loſs ſagen mit Krafft des briefs den wir In darumb zu Vrkund geben mit unnſerm Inſigel verſigelten das iſt beſchehen zu *Munchen* an Mitwoch vor aller Heyligen Tage als man

zelet

zelet nach Criſti unnſers lieben herren Gepurd vierzehenhundert und in dem Newnundviertzigiſten Jaren.

Num. CIII.

Confirmatio Privilegiorum An. 1553.

Von Gottes Genaden Wir *ALBRECHT Pfallntzgrave bey Rhein. Hertzog in Obern unnd Nidern Bayrn* &c. bekhennen alls ainiger Regierennder Fürſt, für unns unnſer Erben unnd Nachkomen regierend fürſten, mit diſem unnſerm offen brief. Alls uns an heut dato der wirdig in Got unnd Andechtigen unnſer lieb getrew, Abbte unnd Convent unnſers Cloſters zw Prüffing, Ire allte Privilegia, Freyhaiten unnd Vrkhundt, mit denen ſy umb vermellts unnſers Cloſters Recht, Gebreuch unnd Gewonhait, von unnſern Vorfarn Fürſten von Bayrn ſeliger gedechtnus &c. Genediglich begabt worden ſein, fürgebracht, unnd unndterthenigclich gebeten, das wir alls ainiger regierennder Herr unnd Landsfürſt Ine, ſölche Ire gebreüch Recht unnd Gewonhait, auch genedigclich beſtätten unnd confirmirn wollten, haben wir ſollich Ir unndterthenig bitten angeſehen, unnd Inen daſſelb nit abſchlagen ſonnder genediglich ſtatthun wellen, beſtätten Inen auch darauf, ſölch Ir Privilegia, Vrkhundt unnd Freyhait, ſouil ſy der in wiſſentlichem ruebigen unnd unwiderſprechlichen gebrauch unnd Innhaben ſein. hiemit unnd in chrafft diſs briefs. Euch allen und yeden unnſern Vitzdomben, haubtleüten, Pflegern Richtern. desgleichen allen anndern unnſern Ambtleüten unnd unndterthanen gebietend unnd verſchaffend, das Ir obgemellten Abbt unnd Convent, gedachts unnſers Cloſters Prüfling, bey ſolchen Iren Privilegien Vrkhunden unnd freyhaiten, ſovil ſy der (wie obſteet) in wiſ-

ſent-

ſentlichem ruebigem unnd unwiderſprechlichem Gebrauch unnd Innhaben ſein, allſo halltet. darwider nit hanndlet. noch yemand annderm ſovil an euch iſt, darwider ze thun geſtattet. deſs wellen wir unns verlaſſen. zw Vrkhundt, haben wir, Inen diſen brief. mit unnſerm anhanngenden Secret. verferttigt. Geben in unnſer Stat *Landshuet.* den Sibenden tag des Monats Decembris. von Chriſti. unnſers Erlöſers Geburt, fünfftzehenhundert unnd im dreyunndfünfftzigiſten. Jar.

Comiſſio Domini
Ducis propria.

CamerRhat.

Num. CIV.

Confirmatio Privilegiorum boica. An. 1583.

Von Gottes Genaden Wir *WILHELM Pfaltzgrave bey Rhein Hertzog in Obern und Nidern Bayrn* &c. bekhennen als ainiger regierender fürſt, für unns, unnſere Erben und Nachkommen thun kundt meniglich, das unns der würdig in Gott und audechtigen, unnſere lieb getreuen Abbte und Convent unnſers Cloſters Prifening, Ire alte Privilegia, freyhaiten und Vrkunden, mit denen ſy yetzt vermelts unnſers Kloſters hergebrachten Rechten, Gebreüch, und Gewonhaiten halber, von Weilund unnſern geehrten lieben Voreltern regierenden fürſten zu Bayrn, ſeligelich zu gedenckhen, genedigclich begabt worden, dienmüetigclich fürgetragen, und gepeten, Inen dieſelben ebenmeſſig genedigclich zu beſtetten und zu confirmieren. Weil wir dann ſolch Ir dienmüetig Pitt, nit für unzimblich angeſehen, haben wir es nit abſchlagen, ſonndern deme

genedigclich ſtat tun wellen, beſtetten und confirmieren Inen auch darauf angregte Ire Privilegia, freyhaiten, Vrkunden, und guete Gewonhaiten, ſo viel ſy deren biſsdaheer In wiſſentlichem ruehigem, und unwiderſprechlichem Gebrauch, und Innhaben geweſt ſeind, und noch ſein mugen, hiemit wiſſentlich, wolbedechtlich, und in Craft diſs briefs, wie wir es In beſſter form thun ſollen und mügen. Allenn und yeden unnſern lannd, und Oberſten Hofmaiſtern, Præſidenten, Vitzthomen, haubtleüten, Pflegern, Richtern, auch allen anndern unnſern Ambtleuthen und Vnnderthanen ernſtlich ſchaffend und gepietend, das ir obgedachten Abbt und Convent ermelts Cloſters Priſening, bey ſolchen Iren Privilegien, freyhaiten, Vrkunden, und gueten Gewonhaiten, ſovil ſy deren, als obſteet, in ruehigem, wiſſentlichem, und offenbarem gebrauch und beſitz ſeyen, an unſerer ſtat veſſticlich hanndhabet, Schützet, ſchürmet, und darwider nit hanndlet, noch das ſo uil an euch iſt, durch anndere zu geſchehen geſtattet, Deſs thun wir unns zu euch allen und Jedem Innſonnderhait gentzlich verſehen, Mit vrkund diſs brieffs, welchen wir Inen, deſſen zu mererm glauben und beſtandt unnder unnſerm hieranhangendem Secret Inſigil zuuerferttigen, und zue zuſtellen bevolhen, Geſchehen in unnſerer Statt *München* den vierten Monatstag Decembris, nach Criſti unnſers lieben Herrn und einigen haillands geburt Im ain tauſend, fünfhundert, Achtzigiſten und dritten Jare.

MONU-

MONUMENTA WELTENBURGENSIA.

PRAEFATIO.

Weltenburgum, antiquiſſimum Bajoariae, omnium prope conſenſu, Coenobium, Abuſinam inter & Kelhemium ad dexteram Danubii Ripam ſub Tetrarchia Straubingana ſitum, ita ut ab Aquilone dictus Fluvius, ab Auſtro & Oriente undique praeruptae cautes cingant, ab occiduo autem Cardine anguſtus pateat aditus, quem vix ſingula Plauſtra permeent, a Monachis Benedictinis hodiedum incolitur.

Loci origo, aeque ac Fundator, altis involuta Tenebris ſunt; etſi ſuſpicetur clariſſimus *MEICHELBEKIUS*, (a) primos Weltenburgi Incolas illorum fuiſſe Monacho-

a) In *Chronico Benedictoburano* Diſſert. I. Pag. LXXVIII.

nachorum Diſcipulos, quos S. *EUSTASIUS* (b) Luxovienſis, S. *COLUMBANI* Diſcipulus, & *AGILUS*, (c) Abbas Resbacenſis, in Bajoaria circ. An. 616. reliquerat, ſolitariam ibi Vitam agentes, huic Angulo ſatis adcommodam, non ita tamen eidem incubantes, ut non aliquoties inde erumperent ad ſpargendum inter Adcolas, fovendumque Evangelii Sementem.

Do-

---

b) *Jonas* Monachus coævus in ejus Vita cap. 2. = Progreſſus ergo (Luxovio Euſtaſius) Waraſcis praedicat, —— hos ad fidem convertens, ad *BOJOS*, qui nunc *BAJOARII* vocantur, tetendit eoſque multo labore imbutos, fideique lineamento correctos, plurimos eorum ad fidem convertit: ubi cum aliquantiſper moratus fuiſſet, dimiſit ibi ſagaces Viros, qui cæpti Laboris in Studio deſervirent. =

c) Biographus S. Agili apud *RESCH Annal Sabion. Tom. I. Sæc. VII. pag.* 497. Ex cætu Epiſcoporum (in Synodo bonogellenſi circa An. 617. congregatorum) Euſtaſius & Agilus electi, qui gentes doctrina falſi erroris deceptas ad Gremium S. Eccleſiae revocarent, & quibus Chriſtus necdum annuntiatus fuerat, fulgenti eloquio evangelizarent. Directo calle ad *BOJOS*, quos terrae illius Incolae *Bodoarios* vocant, pervenerunt, & multo Labore catholicæ fidei dogmate imbutos, plurimos illorum ad fidem chriſtianam converterunt.

Domeſtica fert Traditio, primum Abbatem *WISUNDUM* ex Monte Caſſino huc accitum, & Sacellum B. V. in vicino colle poſitum vetere cultu celebre ac hodierno frequens, a S. *RUPERTO* primum initiatum fuiſſe.

TASSILONEM ultimum, ceu Fundatorem certe autem Reſtauratorem, grata agnovit Poſteritas, quae Choro Monaſterii verſiculos hoſce adſcripſit;

Taſſilo Dux Bavarie, Fundator hujus Eccleſie, ſex ſtruxit in Bavaria Taſſilo Dux Monaſteria, Weltenburg, Chrems, Munſter, Lorch, Weſſelprunn. Pfaffenmunſter,

Necrologium quoque hujas, unde ad calcem horum Monumentorum excerpta ſiſtimus, ad III. Idus Decembris notat ſequentia: *pie memorie Taſſilo Dux Fundator cenobii hujus.*

Sub Imperatore *LUDOVICO pio* regalibus Abbatiis, corrupto nomine *Altenburg*, facile cum *Weltenburg* commutando, hanc quoque fuiſſe accenſitam, ad dona ſine Militia obſtrictam, ſuſpicionem haut temerariam ipſa ſubpeditat loci antiquitas.

Diverſis deinceps cladibus afflicta, exagitata, everſa,

ſa, nunc ſecularibus Proviſoribus, nunc Canonicis Regularibus e S. *Floriano* accitis tradita, priſtino demum Ordini reſtituta, Sereniſſimorum Patriae Ducum, & Reverendiſſimorum Ratiſponenſis Eccleſiæ Præſulum liberali Muneficentiae, vigili demum Curae p. M. R. D. Abbatis *Mauri* I. in acceptis refert, quod poſt varios Caſus, poſt tot Diſcrimina Rerum, incolumis in hanc diem, immo cum Templi ac aedificiorum eximio nitore perſiſtat.

Fata loci pleraque ſingulari Libello Typis Straubinganis edito complexus eſt R. D. *MATHIAS*, Coenobii kujus elapſo ſeculo Abbas, ſuecici Belli calamitates ad ſatietatem perpeſſus; quem, utpote jam jam evaneſcentem, utiliſſimo Inſtituto recudi nuper fecit Clariſſimus Sodalis noſter *Petrus Paulus FINAUERUS*, Bibliothecae Tomo III. inſertum.

Haec ipſa porro Monumenta quod adtinet, quidquid Tabularum e Naufragio ſupereſt, promta Manu Muſis noſtris conceſſit R. R. D. *MAURUS* Abbas bis jubilæa cænitie venerandus, & a ſingulari humanitate commendandus Senecio, atque de Academia noſtra inſigniter meritus.

Perierunt equidem, quod dolemus, Diplomata originalia omnia, illud quoque *HENRICI* IV. Imperatoris, quod

quod Manibus adhuc ſuis tractaverat *GEWOLDUS*; horum tamen Jacturam tantiſper conpenſat Codex Traditionum egregius, Manu ſec. XV. ſed haud dubium, quin ex alio vetuſtiore, & ex Originalibus deſcriptus, vnde depromſimus, & quod ad licuit, in ordinem chronologicum digeſſimus, quae in rem noſtram facere videbantur.

Serviit etiam Vſibus noſtris Necrolegium, Margini Martyrologii, ſeculo ut minimum XIII. exarati, diverſa Manu adſcriptum, vnde excerpta damus, Hiſtoriam Patriae hinc inde illuſtrantia.

Adjecimus demum Hiſtoriolam fundationis Monaſterii Cremifanenſis, Codici Traditionum praemiſſam; quam, niſi nos omnia fallunt. conſtat modo eſſe Opuſculum quintum *BERNARDI NORICI anecdotum*, ab Eruditis diu ſed nec quidquam deſideratum, cui Notulas noſtras adſperſimus.

Colligimus inde ignotam hactenus Synodum *NUENHEIMENSEM* ſub Taſſilone Anno DCCLXXIV. celebratam, ab Aſchheimenſi, & Dingolvingenſi, diverſam, de qua nuper admodum pluribus in utramque Partem eruditis certatum fuit Schediaſmatis.

Seriem R. R. D. D. Abbatum, Proviſorum, ac Præpoſitorum, inde ab Anno DXXC. ſi ſuperis placet, incer-

tam illam, & in pluribus vehementer dubiam, poſt *GE-WOLDUM* alio non nihil ordine compilavit prædictus D. Abbas *MATHIAS*, ubi legere poterit, cui volupe fuerit. Nos, omiſſis pluribus, Abbates & Rectores certos *curſivis*, & quos recens ex his ipſis Monumentis eruimus, aut chronologico Ordini reſtituimus, majoribus Litteris exprimi curavimus, adjecto Annorum calculo, qui Inſtrumentis jam nunc editis reſpondent, eruditi Lectoris Judicio ſingula relinquentes. Tantum!

SERIES R. R. D. D. ABBATUM.

Wiſundus circa An. 616.

Sigido, vel Sigidus interfuit Concilio Dingolfing. 772.

Henricus. 963.

Proviſores aliquot ſeculares.

Conradus 980 — 986.

Puolo. 1040.

Peringerus, ſeu, *Brungerus.* circa An. 1051.

EBERHARDUS, circa 1060.

Pernoldus, ſeu, *Berchtoldus* 1063.

Albericus 1082.

Burchardus 1089.

Conradus. 1090.

Gots-

Gotſpertus 1092.
Proviſores ſeculares.
Hartuuicus Præpoſitus canon. Regular. An. 1123.
FRIDERICUS 1130.
JOANNES 1168.
Proviſores ſeculares.
HENRICUS 1184.
Vdalricus 1190.
Reinharius 1202.
Hartuuicus 1210.
Mainhardus 1217.
Conradus 1220.
Wolframus 1225.
Erchangerus 1225 — 34.
Albertus. 1240.
Andreas
BRUNO 1252.
Fridericus 1259.
Bruno 1263 — 77.
Conradus 1277 — 83.
Henricus 1290 91.
Gerungus 1293.
Herbicus.
Meinhardus 1311.
Herwicus 1313 — 14.

Albertus.
Nicolaus.
Chunradus 1328.
Meinhardus. 1338.
Henricus.
Wicmarus.
Andreas.
Meinhardus.
Eberhardus.
Erneſtus 1358.
MAINHARDUS 1363.
Erneſtus 1366.
Conradus 1368.
HENRICUS 1370.
CONRADUS 1371.
Bernoldus.
Rudgerus, ſimul Adminiſtrator Monaſterii Priſlingenſis. 1382.
Diepoldus 1389.
Eckardus.
Andreas 1396.
Diepoldus.
Andreas.
Petrus 1413.
Michael 1418.
Nicolaus

Con-

Conradus 1423.
NICOLAUS 1437.
CONRADUS 1441.


Sequuntur reliqui ex Catalogo Mathiae Abbatis.

Henricus † 1480.
Wolfgangus depoſitus 1481.
Wenceslaus Sturm, Proviſor ſecularis. 1490.
Vdalricus † 1505.
Joannes Störr † 1535.
Thomas Adminiſtrator † 1537.
Auguſtinus, depoſitus 1538.
Fabianus ab An. 1538 † 53.
Michaël Heysler † 1556.
Eraſmus Marckl † 1562.
Chriſtophorus, Adminiſtrator.
Auguſtinus Zickl, Adminiſtrator, depoſitus 1565.
Andreas Placidus Hortolanus † 1588.
Wolfgangus Vilsmair † 1591.
Cyriacus Empl † 1610.
Melchior Millner † 1624.
Eraſmus Eiſenmair † 1626.
Mathias Abelin † 1658.
Chriſtophorus Stöckl † 1676.
Joannes Oelhafen † 1689.
Georgius † 1690.

Igna-

Ignatius 1696.
Corbinianus Weinhardt reſignat † 1709.
Auguſtinus Mayr † 1711.
Maurus Adminiſtrator 1713.
Maurus Bächl, reſignat 1743.
MAURUS II Cammermayr ab Anno 1744.

.Tab.XIII pag.308



MONUMENTA WELTENBURGENSIA.

CODEX TRADITIONUM.

Continentur in iſto Libro tradiciones quorundam fidelium Qui ob amorem Dei Inuictique martiris Sancti Georgii, propter redempcionem animarum Suarum, de Subſtancia uel poſſeſſione eccleſie huius bona auxerunt; Qui tribuentes terrena, parua, temporalia, mercati ſunt celeſtia, magna, Sempiterna. Quorum nomina ideo hic ſunt annotata, ut in Libro celeſtis vite teneantur aſcripta. Pro hiis intercedere dignetur Sanctiſſima Virgo Maria cum magnifico martire Georgio, pro cuius ſpeciali amore huic eccleſie ſua contulerunt. Fratres quoque, quorum vſibus prebetur ipſorum donacio, ſtudeant ſupplicare diuine pietati, ut qui terrenam poſſeſſionem reliquerunt, celeſtem recipiant, & ut iugiter videre mereantur bona Domini in terra viuencium. Amen.

Num. I.

Poſt An. 926.

In Nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus, quod quidam nomine *Othram parſcalcus Regis* tra-

tradidit ſua propria mancipia in manum *ILLSANGRIMI* (Epiſcopi Ratiſpon) & aduocati ſui *Flochrati*, ea ratione, ut per ſingulos annos perſoluant ad ſupradictum monaſterium (Weltenburg.) Viri v. den. & mulieres III. den. Iſti ſunt teſtes per aures tracti *Gibicho. Adalbolt. Altmann. Huc. Harwart. Gerolt*. (*).

*) Conjicere hinc licet, Monaſterium proprio abbate tunc temporis deſtitutum, Epiſcopo commendatum fuiſſe.

Num. II.

Sub abbate Puolone. Anno 1040.

Traditio Eccleſie Puchhouen.

Nouerint omnes in Chriſto fideles, quod duo nobiles viri ac ſecundum carnem Germani *Oewart* ſcilicet & *Udalſchalck* Capellam *Buchenhouen* ſitam, quam hereditario jure poſſederunt, hanc beato Georgio martiri in Welltenburg pro Remedio animarum ſuarum & omnium Parentum ſuorum tradiderunt, hanc traditionem ſuſceperunt venerabilis *Pulo* Abbas & ſuus advocatus *Rupertus* hujus rei ſunt teſtes. *Burinchart de Teyrtingen Grimbalt de Umblſtorf* & frater eius *Ruprecht Udalrich de Mülhuſen*, *Berchtolt de Prunnen Marchart de Rincheim. Eberhart de Racinhouen*, *Udalſchalck de Mautilchirchin. Marchart de Sallerdorff. Burinchart de Hurlbach*, *Heriman de Mure Mazil & frater eius Heinrich de Hohinwartte*, *Beringer de Sehouen*, *Marchart de Märſingen. Engilmair de Sintzingen.*

Num. III.

Num. III.

Tradicio agri in Teifenhouen.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod quidam vir nomine *Herwart de Sentenskirchen* tradidit agrum vnum ad *Teyſenhouen* ad altare ſancti Georgii in manum *Puolni Abbatis* pro remedio anime ſue & omnium fidelium defunctorum. Iſti ſunt teſtes. *Richolf de Staubingen. Pillgrim, Perhtolt de Almſingen. Gernot. Rupreht. Vdalrich. Aſilj. Vdalrich.*

Num. IV.

Tradicio Predii in Gmund.

Pateat cunctis fidelibus, quod quidam *miles* nomine *Magonus*, eo quod magna detineretur infirmitate, qua & defunctus eſt, tradidit tale predium quale habuit in loco qui dicitur *Gmünd* in manum *Werinhardj* vaſallj ſuj cum omnibus rebus ad eundem locum juſte pertinentibus ea ſcilicet racione ut iſdem *Werinhart* in ius & proprietatem Sancto Georgio preſentare ac firmiter roborare non differret ad ſervitium Monachorum Deo ibi famulantium in manus Abbatis *Pudilonis* & Advocati ſui *Hartwici*, eo tamen tenore ut ſiquis potens perſona, quod abſit, ab uſu fratrum Deo inibi ſervientium voluerit abalienare, proximus heres prenominati militis hoc in ſuam poteſtatem recipiat uſque in illum diem, quo id predicto martiri in proprium jus reſtituere poſſet. Et in eadem die *eiusdem militis uxor* nomine *Bertha* tradidit illuc vnum ſervum nomine Marcholdum & ancillam nom. Geza pro remedio anime ſue & ſenioris ſui. Iſti ſunt teſtes *RUDPERTUS COMES* (*) *filius eius HEINRICH. Hawart. Chuno.*

*) Burggravius, ſeu Praefectus Ratisponenſis, de quo vid. Origin. dom. boicæ. Tim. I. pag. 218. ſeq.

Num. V.

Tradicio Hube Sigkling.

Notum ſit cunctis preſentibus atque futuris, qualiter quedam matrona nomine *Künigunt* pro remedio anime *viri ſui* defuncti nomine *Gotescalch* tradidit ad altare ſancti Georgii in manum *Pulonis Abbatis* & *Aduocati ſui Hartwici* Hubam vnam per manus *Ebaronis aduocati* ſui in loco qui dicitur *Sigkling*. Huius rei teſtes ſunt *Grimolt. Chuno. Dürinchart. Tiemo. Magonus. Erchanger. Rubo.*

Num. VI.

Harlanden.

Cunctis pateat fidelibus, quod *Pertha* uxor olim cuiuſdam *militis nomine Magonis* poſt obitum jam dicti Mariti ſui tempore Viduitatis ſue tradidit ad altare S. Georgii per manum Werinhardi in manum Abbatis *Pudilonis*, & Advocati ſui *Hartwici* predium ſuum nomine *Harlandt*, quidquit ſcilicet ibi legittimo Proprietatis Jure poſſedit in vineis & Pomeriis, ſaltibus agris & paſcuis, cultis & incultis eodem tenore pro ſue & viri ſui anime remedio eodem pactionis tenore, ut ſiquis ipſum predium inde ab uſibus fratrum Deo ibi militancium auferre vel aliquo modo voluerit abalienare, in proprietatem proximi heredis revertatur quouſque iterum in uſum fratrum reſtituatur, Iſti ſunt teſtes *RUDPERTUS COMES Heinrich. Vto. Werinhart. Engilmar. Immo. Lautolt. Cuno. Harwart.*

N. VII.

Num. VII.

Tradicio Predii Lauterbach.

Nouerint fideles preſentes & futuri, quod quidam nomine *Arnolt* tradidit per manum *Arbonis militis prenobilis* ad Altare S. Georgii in poteſtatem Abbatis *Pulonis* & Aduocati ſui *Hartwici* tale predium, quale in loca *Lauterbach* habuit, quidquit ſcilicet bi jure hereditario poſſedit in Agris & paſcuis, ſaltibus & Pomeriis acquiſitis & acquirendis eo Videlicet pacto, ut in eodem monaſterio ſub monachica profeſſione victum conſuetudinaliter habeat & veſtitum. Quod ſi eadem pactio uel a potente aliqua perſona, uel aliquo modo iniuſte fuerit ei depravata atque deſtructa, liberam habeat poteſtatem ſibi redigere. Si vero propria culpa inde expulſus fuerit, uel ſponte fugerit, nullam habeat inde poteſtatem ſibi idem predium vendicandi uel a monaſterio alienandi. Huius pactionis ſunt teſtes *Ozzi. Immo. Chriſtan. Altman.*

Num. VIII.

Tradicio predii Schambach.

Sciant omnes fideles in Chriſto, quod *Anzo* tradidit tale predium, quale viſus eſt habuiſſe *Cumpreht ad Schambach* in manum *Hartwici* ad ſeruandum Deo & S. Georgio in Welltenburg pro Remedio anime eiuſdem *Cumpreht* & omnium fidelium defunctorum. Iſti ſunt teſtes *Nithart. Eckirich. Wernhere, Marchwart, & frater eius Gebine. Rutpreht. Gernott. Liudwin. Goteſcalch. Rudolf. Pernhart. Otto. Wolfram.*

Num. IX.

Tradicio Maſſalicii Tagirting circa An. 1040.

Memorie commendandum placuit qualiter *Bruno* quidam vir potens *domini Imperatoris miles*, *Secretarius & Marſcalchus*, donatiuum *Imperatoris HEINRICI* iuſſu Domini determinauit uſque ad foſſam, que dicitur *Klingen*, qui poſtremo vite ſue loculum in Welltenburg elegit, ibique corpore ſepultus anima quieſcit, quam ob rem ipſe contulit eidem prefato monaſterio *Maſſaliciam* quendam, quod vulgariter huba dicitur, ſitam in loco, qui dicitur *Tägirtingen* in manum *Pulonis Abbatis & Aduocati ſui Engilmari* (*) per manum *fratris ſui Perhtoldi* pro Remedio anime ſue & omnium fidelium defunctorum eo tenore (ut ſiquis potens perſona ab uſu fratrum Deo inibi ſeruientium voluerit abalienare, proximus heres prenominati militis in ſuam recipiat poteſtatem quouſque reſtituatur. Huius rei teſtes ſunt *Altman. Adalpreht. Lantfrid. Amalpreht.*

*) *Engilmarus* iſte. *Hartuici* in Aduocatia ſucceſſor, ejuſdem forte filius fuit.

Num. X.

Sub Abbate Peringero, ſeu Brungero circa An. 1051.

Traditio predii Wildenprunn.

Sciant fideles Dei preſentes & futuri, qualiter *Rudpertus de Venshouen* tradidit ad altare ſancti Georgii tale predium, quale viſus eſt habuiſſe in loco *Wildinprunn* pro Remedio anime ſue ſuorumque omnium in manum *Peringeri Abbatis* & Ad-

vocati

vocati ſui *Engilmari* acquiſitis & acquirendis. Huius rei teſtes ſunt *Chriſtan* & *filius ejus Cumpolt. Hartwic Deglis Willibort de Togilbac, Rudfrid Wolfram.*

Num. XI.

Tradicio predii Tackilprunn.

Sit quoque & hoc notum omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter *Penno* rogante *Heimone fratre* ſuo ob remedium anime ipſius predium in *Tackilbrunn* ſitum ad ſuam hereditatem pertinens ad altare S. Georgii delegauit in manum *Brungeri Abbatis* & *Aduocati ſui Engilmari*, eo videlicet pacto, ut idem *Penno*, & qui proximus ſibi heres ſuccederet, poteſtatem excolendi haberet, & de eodem predio fratribus ad prefatum altare ſeruientibus infra feſtiuitatem S. Emmerammi & S. Martini quinque modios ſiliginis, & vnum tritici. VI. pullos Gallinacios. VI. caſeos. XC. ova, infra autem natalem Domini noſtri & Martium menſem. VII. modios Praſii & vnum ad eandem confectionem pertinentem per ſingulos annos perſolueret. Si autem prenominatus *Penno*, uel proximus ſibi heres pretitulatum cenſum perſoluere nolit; Abbas illius loci poteſtatem habeat propriis ſeruis Eccleſie, aut qualicunque voluerit committendi, qui cenſum reddat, Et ſi in eodem loco ſeruitium Dei deſtruatur, ut nec clericorum, nec Monachorum congregacio habeatur, proximus heres idem predium, & quouſque laus domini inibi renouetur, in ſua poſtetate retineat. Huius tradicionis teſtes ſunt *Eckchart. Eppo. Tuto. Rüdfrid. Edram. Wolfram. Rudhüt.*

N. XII.

Num. XII.

Tradicio Predii Irnſingen.

Pateat cunctis fidelibus, quod quedam matrona nomine *Guanza* tradidit tale predium, quale habuit ad *Irſing* per manum *Rudfridi* pro remedio anime ſue ſuorumque omnium ad altare S. Georgii ad ſtipendia fatrum in manum *Eckchardi & Aduocati ſui Engilmari*. Huius rei teſtes ſunt *Grimolt. Heinrich. Adalgoz. Eckchart. Ekkirich. Ederam. Vzi. Ekkart. Rudprecht.*

Num. XIII.

Tradicio predii Ruit.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter vir quidam nomine *Otto* per manus cuiusdam *nobilis viri nomine Chuno* tradidit ad altare ſancti Georgii in manum *Brungeri Abbatis & Aduocati ſui Engilmari* quale predium tale viſus eſt habere in loco qui dicitur *Ruith*, & de ſuo jure omnino contradidit & tranſfudit in ius eccleſiaſtice Poſſeſſionis legittime ad habendum & poſſidendum & deinceps quicquid juſte voluerit faciendum. Huius tradicionis teſtes ſunt *Gumpreht. Tyemo. Otto. Durinchar. Rudolff.*

Num. XIV.

Traditio Predii Menndorff.

Nouerint fideles preſentes & futuri, qualiter Monachus nomine *Deici*, qui perpetuo divine miſerationis voto Monachus in cenobio *Welltenburg* manebat, filium ſororis ſue quon-

dam

dam nomine *Pennonem* ad eandem vitam proueheret, ac ad Dei ſeruitium conſolidaret, oblato eidem Eccleſie ſue matris predio tali, quale viſa eſt habuiſſe in villa que dicitur *Menndorf*, per manum cuiuſdem *Pennonis* ad altare S. Georgii in manum *Perngeri Abbatis* & *aduocati ſui Engilmari* in ſtipendia fratrum eo tenore, ut idem frater *Penno* dein ex eodem Monaſterio victum & veſtitum habiturus ſit. Si vero propria culpa inde expulſus fuerit, uel ſponte fugerit, nullam inde habeat poteſtatem ſibi idem predium vendicandi, uel a monaſterio alienandi. Huius rei teſtes ſunt *Durinchart. Rudfrid. Macili & filii eius Wollfram. Adelpreht Rüxi.*

Num. XV.

Sub Eberhardo Abbate circa An. 1060.

Permutacio Predii Wolmuetſaha.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod quidam miles nobilis nomine *Luitprant* tradidit ad altare ſancti Georgii quoddam predium *Rüdenpach* pro remedio anime ſue & patris ac matris uxorisque ſue nomine *Hilte* omniumque parentum ſuorum in manum *Eberhardi Abbatis* & *Advocati ſui Engilmari*. Et iſti ſunt teſtes *Grimolt* (*) *Heinrich Altman. Aribo. Otto. Sigiboto. Heriman.* Item *Heriman Heinrich Gebolf Adalgoz. Rapoto* tradidit ad altare uti poſſeſſum eſt cum viris & feminis Perilinum & uxorem eius & filios ac filias aliaque mancipia.

*) Iſte *Grimoldus*, qui in hac, pluribusque antecedentibus, & ſequentibus Traditionibus inter teſtes primo loco ſubſcribit, & *Engilmaro* in Aduocatia ſucceſſit, videtur hujus filius fuiſſe. *Eberhardum* vero Abbatem, qui hoc tempore in Catalogo *Mathiae* Abb. non occurrit, ut *Brungero*, ſucceſſorem daremus, perſuaſit nobis Idem *Engilmarus*, utriuſque Abbatis ante *Grimoldum* Aduocatus.

N. XVI.

Num. XVI.

Sigkling.

Poſt hec vero predictus *Pulo Abbas* (*) precio ſtatuto emit a predicta matrona, quidquit poſſeſſionis in loco prenominato habuit, hoc eſt, dimidiam partem Eccleſie, & cetera omnia, que ibi habuit in mancipiis, in agris, in pratis, in ſiluis, in curtilibus, acquiſitis & acquirendis, cultis & incultis, hec igitur omnia precio condicto tradidit ipſa matrona cum manu *Aduocati ſui Ebaroni* ad altare ſancti Georgii in manum *Pulonis Abbatis* & *Aduocati ſui Hartwici*. Huius rei teſtes ſunt. *Burinhart. Rudprekt. Reginhart. Zeizfeid. Adalhuk. Penno.*

Hanc tradicionem *Pernger* interdixit poſtea multo tempore. ſed nouiter *Eberhardo Abbate* petente coram Deo & S. Georgio interdixit, ut deinceps requirendi nullam habeat occaſionem cum teſtibus *Grimolt. Heinrich. Otto.*

*) Vid. N. V.

Num. XVII.

Traditio Prædii Laber.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter quidam clericus nomine *Hildebrant* pro remedio anime ſui & ſuorum cum conſenſu matris ſue *Diezze* predium ad *Laber* cum omnibus appendiciis ſiue in agris, ſiluis ſiue in paſcuis per manus *Durinchardi* cujusdam *nobilis de Tägirtingen* ad altare S. Georgii tradidit in manum *Pudilonis Abbatis* & Aduocati ſui *Hartwici*, hac videlicet condicione, ut ſtipendium, quod uni fratrum deberetur, predicte matri ſue

cot-

cottidie daretur & uſus fructus, qui ex eodem predio colligeretur ſibi & matri uſque in finem vite utriuſque ſtabiliter permaneret, Mancipia vero quatuor com omni futura procreatione ad pretitulatum altare legauit, tali lege & jure, quali utuntur qui in eiusdem Eccleſie familia liberioris condicionis eſſe iudicantur. Huius rei teſtes ſunt *Aribo & frater eius Wezil. Cuno. Durinchart. Criſtan.* Hanc tradicionem *Adeheit* interdixit poſtea multo tempore: ſed nouiter *Eberhardo* Abbate petente & negociante interdixit, ut deinceps requirendi nullam habeat occaſionem cum teſtibus *Marquart. Rincheim. Engilſcalch. Pulo.*

Num. XVIII.

Tradicio Predii Teiſenhouen.

Pateat cunctis fidelibus, quod quidam vir de familia S. Emmerami nomine *Weipoto* predium, quale habuit ad *Teyſenhouen*, tradidit ad altare S. Georgii in manum *Eberhardi Abbatis* & *Aduocati ſui Engilmari* poteſtatiue & abſque ulla contradictione pro remedio anime ſue, ſuorumque omnium, Et ipſe ab Abbate *Eberhardo* beneficii gratia tali pactione recepit, ut annuatim in feſto S. Georgii cenſum inde perſoluat, ita quidem ut poſt eius uxorisque ſue obitum deo & S. Georgio in hoc loco ſeruientium uſui habeatur. Huius tradicionis teſtes ſunt *Aſchric,* & *frater eius Chacili. filii Aſchrici. Engilmar & Warmunt. Aſchric. Rudolf. Rudfrid. Edram. Vzi.*

Num. XIX.

Tradicio predii Rudenbach.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod quidam *miles nobilis* nomine *Luitprant* tradidit ad altare S. Georgii quoddam pre-

dium *Rüdenbach* pro Remedio anime ſue & patris ac matris & *uxoris ſue nomine Hilte*, omniumque parentum ſuorum in manum *Eberhardi Abbatis* & *Advocati ſui Engilmari.* & iſti ſunt teſtes *Grimolt. Heinric. Altmann. Aribo. Otto. Sigeboto. Herimann, Item Heriman. Heinric. Gebolf. Adalgotz. Ratpoto.* Tradidit ad altare uti poſſeſſum eſt cum viris & feminis *Pecilinum* & uxorem eius & filios & filias aliaque mancipia, eadem videlicet racione, ut omnem iuſticiam ac legem, quam ceteri ad illum locum ſeruaturi habent, & iſti habeant & cuncta Generacio eorum.

Num. XX.

Tradicio predii Pewrn.

Sciant & hoc quoque dei fideles preſentes & futuri, quod quidam *Geroldus de Münithann* tradidit cum peticione *Aſchrici* & *fratris ſui Chacilini* predium quoddam ad *Pewrn*, uti idem *Rutpertus* habuit, cum queſitis & inquiſitis ad altare S. Georgii in manum *Eberhardi* & *advocati ſui Engilmari* pro Remedio eiusdem *Ruperti de Oüenſhouen* anime, ſuorumque omnium, & pro ſepultura eiusdem *Ruperti & fratrum ſuorum Aſchrici & Chacilini* & utriusque Uxoris, eo tenore, ut ſiquis potens perſona, quod abſit, ab uſu fratrum Deo inibi ſeruientium voluerit abalienare, proximus heres in ſuam recipiat poteſtatem quouſque reſtituatur. Huius Rei teſtes ſunt *Grimolt. Heinrich. Vleric. Tiemo. Aſchric.* Item *Aſchrich. Macili de Hohenwartt & frater eius Heinrich. Rüdfrid. Wolfram. Hecil.*

Num. XXI.

Tradicio duorum Manſuum in Muſse.

Nouerint eciam omnes fideles preſentes & futuri quod quidam *miles* nomine *Herrandus de Aueckingen*, in cenobio

Well-

Welltenburg honorifice ſepultus, pro Remedio anime ſue duos manſus cum quatuor mancipiis in loco *Muſſs* nuncupato prefato monaſterio contulit, & cum adhuc viveret per manus *Gozwini* cujusdam *nobilis* ad aram S. Georgii poteſtative tradidit in manum *Eberhardi Abbatis* & *advocati ſui Engilmari* eo tenore, ut ſiquis perſona nobilis, quod abſit, ab uſu fratrum Deo inibi ſervientium voluerit abalienare, proximus heres prenominati militis in ſuam recipiat poteſtatem, quoadusque reſtituatur. Huius tradicionis teſtes ſunt *Perhtold. Heicil. Otto. Aſchric. Rudperht. Engilheri. Megingoz. Gaub. Wuldrich. Dietprecht.* Idem quoque *Herrandus* obtulit Deo & S. Georgio *Calicem deauratum*, *Cruticulam auream*, *Caſulam*, duas *Albas* & *Cappam*, *Tapete.* pro huiusmodi beneficiis - anima eius gaudeat in Chriſto. Amen.

Num. XXII.

Traditio Silue adjacentis danubio.

Nouerint Chriſti fideles preſentes & futuri, quod *frater Herrandi militis* nomine *Perhtoldus de Auegking* partem Silue ſue Danubio adjacentem, cauteque interſignatam, per manus *Vdalſcalchi nobilis* pro remedio anime ſue & *filii ſui Swiekeri* ad altare S. Georgii in Welltenburg tradidit in manum *Eberhardi Abbatis & Advocati ſui Engilmari.* Huius Rei teſtes ſunt *Altman. Aribo. Goteſcalch. Otto. Cuno. Aſchric. Ruprecht. Rudfrid. Perchtolt. Adalbero.*

Num. XXIII.

Tradicio predii Linden.

Nouerint omnes fideles, quod quidam nobilis nomine *Adalhut* tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Linden*, po-

teſtative & abſque ulla contradictione per manum *Rutperti Preſidis* tradidit ad altare S. Georgii in manum *Eberhardi* Abbatis & advocati ſui *Engilmari* pro anima *Wichmanni* & Patris eius, vel omnium parentum ſuorum Remedio ac pro ſui ipſius anime Refrigerio & quiete ſempiterna, amen: Huius tradicionis teſtes ſunt *Heinrich de Sigklingen. Pernger. Herman de Mure.* Item *Herman. Richolff. Aſchric. Rutprecht. Kacili. Aſchric. Huno.*

Num. XXIV.

Traditio unius Agri in Auecking.

Sub Pernoldo ſeu Perchtoldo Abbate circa An. 1063.

Noverint omnes fideles Chriſti, quod quidam homo nomine *Wolfram* tradidit agrum vnum quem viſus eſt habuiſſe ad *Auecking* ad Altare S. Georgii Martyris pro Remedio anime ſue uxoriſque ſue *Hiale* in manum Abbatis *Pernoldi* & Advocati *Grimoldi.* Et ſunt teſtes huius Rei Zeizfrid Hecil, Meriboto Eckchart Riberi Salman, Perenhart Rudolf Hartwic.

Num. XXV.

Notum ſit omnibus preſentibus ac futuris, quod Epiſcopus *OTTO* Ratiſpon. eccleſie cum petitione *pernoldi* abbatis de Weltenberg tradidit Riholmum & filiam ejus cum ſuis liberis ad altare Sci. Georgii in Weltenburg in tempore advocati *Grimoldi*, ut ſingulis annis perſolverent V. nummos, & prefatus eos reciperet Advocatus. Et huius rei ſunt teſtes *Tiemo de Wurzai. Gerloch de Orte. Grimolt de Vmbilſtorf. Aſchrick & filius ejus de Wolfishauſen. Chatili de Aumhoven & filius Cunrat. Gumpolt de Grunſelbah, & frater ejus Aſchrich. Wolfram de Staubing, & frater ejus Richolf.*

N. XXVI.

Num. XXVI.

Tradicio predii Staubing.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod quidam homo nomine *Humbertus* de familia ſancti Petri tradidit ad altare S. Georgii per manum *Kacilini* tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Staubingen*, acquiſitum & acquirendum pro Remedio anime ſue & omnium fidelium defunctorum in manum *Advocati Grimoldi* & *Abbatis Pernoldi*. Huius Rei teſtes ſunt *Engilmar* & *Warmunt*. *Aſchric*. *Cholo*. *Rimundus*. *Heinric*. *Rudolf*. *Adalhart*. *Vſi*. *Rudpreht*. *Waſigrim*. Tradidit eciam Curtile. Teſtes *Ekkart*. *Engilmar*. *Bernhart*. *Gerolt*. *Adalmar*. *Gozmar*.

Num. XXVII.

Tradicio duorum Agrorum in Staubing.

Tradidit *Macili* qui & *Scabo* duos agros ad *Staubing* ad altare ſancti Georgii in manum *Pernoldi Abbatis* & *Advocati Grimoldi* pro remedio anime ſue ſuorumque omnium. Huius Rei teſtes ſunt. *Richolf* *Adalgoz*. *Gernot*. *Rupreht*. *Chuno*.

Num. XXVIII.

Tradicio Agrorum aliquorum in Staubing.

Tradidit eciam *Wiſili* ſuos Agros quos viſus eſt habuiſſe ad *Staubing*. Huius Rei teſtes ſunt Richolff Pecili Rutpreht Gernot Tiemo Cuno.

Num. XXIX.

Num. XXIX.

Tradicio cuiusdam Aigen in Staubing.

Tradidit eciam *Reginpato de Pewrn* cum manu uxoris ſue ſuum proprium ad altare S. Georgii ea racione per ſingulos annos reddere X. denarios ad ſupradictum altare. Iſti ſunt teſtes *Pezo. Pecili. Rudpreht. Gernot. Chuno. Tiemo.*

Num. XXX.

Tradicio IX iugerum agri in Ouenſtetten.

Sciant omnes fideles in Chriſto, quod quidam miles nomine *Aribo* tradidit tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Ouenſtetten* IX iugera in manum *Pernoldi Abbatis* & *Advocati Grimoldi.* Huius Rei teſtes ſunt *Heinrich. Piburger* & filius ejus *Vdalrich Egilolf Höfſter. Heinrich Grafinge. Wolfram. Piligrim. Engilmar. Ruprecht de Rore. Otto. Durinchart. Egrich. Hainrich.*

Num. XXXI.

Tradicio Predii Haide.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto quod *Arnolt* tradidit tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Haide* clericus *Adabertus*, pro Remedio anime ejusdem ad altare S. Georgii in manum Advocati *Grimoldi.* Huius Rei teſtes ſunt *MARCHIUS DIEPOLT*, & *prefectus OTTO. Heinricus. Bernolt. Adalgoz, Aſchrich, Cunrad, Vdalrich, Gerloch, Gotteſcalch, Marchart, Rudolt, PERNHART COMES.* (*)

(*) Circa hæc tempora occurrit *Pernardus* comes de *Schiren.*

Num. XXXII.

Num. XXXII.

Traditio VIIII. Agrorum in Gmünd.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto qualiter homo *Maxil* ſervus ſancti Petri novem Agros, quos habuit in loco qui dicitur *Gmünd* tradidit per manum *Vdalrici Staubinger* ad altare Sancti Georgii in manus Abbatis *Perhtoldi* & Advocati *Grimoldi*, Octo ad ſerviendum fratribus & nonum ad Altare ſancte Marie. Hujus rei teſtes ſunt *Wolfram*, *Adelpreht*, *Rudperht*, *Pillunc*, *Rudiger*, *Erminreich*, *Gnamnel*, *Maxili*, *Adelhart*, *Chriſtan*, *Gnaneman*, *Heinrich Lui*.

Num. XXXIII.

Traditio Predii Mantlkirchen.

Nouerint omnes fideles in Chriſto, quod quidam *miles* nomine *Wernhere* tradidit ad altare S. Georgii dimidiam partem talis predii, qualem habuit *Hartwicus ad Mantilkirchen*, in manum *advocati*. *Grimoldi*, & *Abbatis Pernoldi* pro Remedio anime Uxoris ſue *Helliche*, & omnium animarum de quibus illa ſucceſſerat, ſueque anime omniumque fidelium defunctorum poteſtative & abſque ulla Contradictione. Huius Rei teſtes ſunt *Heinricus de Sigkling*. *Sigibrecht de Arnhouen*. *Herman*. *Aſchrich*, *Grüſcil*, *Altman de Harlant*. *Arbo*. *Goteſchalch*. *Vdalricus*. *Erchenfridus*.

Num. XXXIV.

Tradicio Prædii Margreten Tann.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod *Aſchrich* tradidit tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Tann*, pro Reme-

Remedio anime *Ebbonis* & anime ſue, ſuorumque omnium ad Altare S. Georgii in manum *Pernoldi Abbatis*, & *advocati Grimoldi*. Iſti ſunt teſtes. *Warmunt. fridirich. Rudfrid. Eckhard. Cuno. Liutwin. Eberhardus.*

Num. XXXV.

Tradicio predii Otzenbach.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod quidam *miles* nomine *Egilolfus* tradidit ad altare S. Georgii in manum *Pernoldi* tale predium, quale viſus eſt habuiſſe frater eius *Waltchun* ad *Oetzenbach*, pro remedio anime ſue & omnium fidelium defunctorũm Huius rei teſtes ſunt *Heinricus & filius eius Vdalricus. Heinricus & filius eius Altman. Gotefridus. Aribo. Eckirich. Gundechar. Pilligrim. Rudpreht. Gernott. Arnol.* Tradidit eciam propria mancipia eius ad altare S. Georgii jure Miniſtrorum Eccleſie. Et iſti ſunt per aures tracti *Wolfram. Gundelchar. Pilligrim. Adelhoch. Haidenrich. Cholo. Pilgrim. Gernolt.*

Num. XXXVI.

Traditio predii in Aiche.

Sciant omnes in Chriſto fideles, quod *Heinricus* cum peticione *Eckchardi Sacerdotis* tradidit tale predium quale viſus eſt iſdem *Eckchard* habuiſſe ad *Eiche* ad altare ſancti Georgii in manum *Pernoldi* Abbatis & Advocati *Grymoldi* pro remedio anime ſue ſuorumque omnium & omnium fidelium Chriſtianorum. Hujus rei teſtes ſunt *Aſchric Eckchart, Heinrich Reginprecht, peringer perhtolt Rudpert Gernot, Adalhart Luttuni Vdalrich.*

N. XXXVII.

Num. XXXVII.

Walhiſtorff.

Sciant omnes fideles, qualiter quidam vir nomine *Otto* tale predium, quale viſus eſt habuiſſe in loco qui dicitur *Walhiſtorff*, quod & tradidit per manus cuiuſdam nobilis viri nomine *Magonus de Ror* pro remedio anime ſue & filii ſui *Hugonis* & pro animabus omnium fidelium defunctorum poteſtatiue ad altare S. Georgii in manum *Pernoldi* Abbatis & aduocati ſui *Grimoldi* eo tenore ut ſiquis potens perſona quod abſit ab uſu fratrum domino inibi ſeruientium voluerit alienare, ille traditor *Magonus* aut ſuus proximus heres in ſuam recipiat poteſtatem, quo ad uſque reſtituatur. Huius tradicionis teſtes ſunt *Eberhardus de Racinhouen Heinric de Sicclingen Grimbolt de Vmbilſtorff & frater eius Rudpreht. Wernher & frater eius Marquart de Sallerdorff ARBO COMES. Vdalrich de Mülhuſen. Perhtolt de Prunnen Otto de Müre. Herman.* Item *Herman, Vdalſcalch de Mantilkirchen. Adalgoz. Durinckart de Hürnlpach.*

Num. XXXVIII.

Tradicio Predii Mür.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod quidam nomine *Megingotz* tradidit per manum *Gotefridi* (*) *filii Grimoldi aduocati* tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Mure* ad altare ſancti Georgii in manum *Pernoldi Abbatis* & *aduocati Grimoldi* pro remedio anime ſue ſuorumque omnium. Huius rei

teſtes ſunt *Chabilinus & filius eius Cunradus. Aſchric. Wolfoldus. Eberhardus. Ezzo. Rudpertus. Gernodus. Cuno.*

(*) Hæc Traditio cum aliis N. IX. XV. LXII. conlata, probabilem Aduocatorum hujus Cenobii Genealogiam, aut certe Succeſſionem prodit, hunc fere in modum.

Hartuinus.

Engilmarus.

Grimoldus.
Vxor, Luikardis.

Godefridus de Werd, & Arbenhofen. N. XL.

Conradus.

Num. XXXIX.

Grameſhouen.

Chriſti fideles nouerint quod quedam vidua *Richilt* nominata tradidit nonam partem omnis poſſeſſionis ſue in villa *Grameſhouen* in ſtipendia fratrum ea racione, ut in eadem capella ſingulis Ebdomadis de iſto loco miſse celebrentur, Huius Rei teſtes ſunt *Rutpertus Danchmar Grimoldus & filius eius Gotfridus de Arbenhouen.*

Num. XL.

Tradicio Prebii Haberrainen.

Nouerint omnes fideles, quod quidam *nobilis Eglolfus* nomine tradidit quoddam predium in loco, qui dicitur *Ha-*

ber-

berrainen, ad altare S. Georgii Martiris pro remedio anime ſue & uxoris ſue *Gerdrudis* & omnium parentum eorum omniumque fidelium defunctorum eo tenore ut poſt obitum ſuum vel uxoris libere & abſque ulla contradictione reſtituatur in ſervicium iſtius loci cum ſervis & Ancillis, ſicut obſeſſum videtur. Hanc tradicionem ſuſcepit *Pernoldus* Abbas & Advocatus ſuus *Grimoldus* & filius eius *Godefridus de Arbenhouen. Sigebertus Joernger de Sehouen* & milites ejusdem *Eglolfi*, *Eckkolf*, *Piligrimi*, *Purckart*, Eodem die tradidit & ancillam ſuam uxorem Piligrimi & liberos eius ad legittimos miniſtros iſtius loci, & hoc teſtificantur prenominati teſtes.

Num. XLI.

Tradicio predii Pulach.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod quidam *Miles* nomine *Luitprant* tradidit tale predium, quod habuit ſeruus eius *Goteſcalch* in beneficium ſcilicet *Pulach* ad altare ſancti Georgii in manum *Pernoldi Abbatis* & *Advocati Grimoldi* pro Remedio anime ſue & omnium fidelium. Huius Rei teſtes ſunt *Gotefridus Sigipertus. Liudwin. Adelpreht. Gerhoch. Cholo. Gernot.*

Num. XLII.

Tradicio Predii Mure.

Sciant omnes fideles in Chriſto, quod quidam nomine *Volrat* tradidit tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Mure* ad Altare S. Georgii per manum *Ottonis* in manum *Pernoldi Abbatis* & *advocati Grimoldi* pro Remedio anime ſue & omnium fidelium defunctorum. Huius Rei teſtes ſunt *Adalgoz.*

Cuno. Colo. Vdalrich. Rudolt. Waſgrun. Heinrich, & *frater eius Rudprecht. Warmunt. Merboto. Eckihart. Liutwin.*

Num. XLIII.

Tradicio Predii Harde.

Nouerint omnes fideles Chriſti, quod *Goteſcalch de Hohenheim* cum peticione *Meripotonis* tradidit tale predium, quale viſus eſt habuiſſe frater eius *Heinrich* in loco qui dicitur *Harde* in manum *Ekkardi* preſentibus Abbate *Pernoldo* & *Advocato Grimoldo* ad uſum ſeruandum monaſterio S. Georgii pro remedio *Heinrici* anime & omnium ſuorum, hujus rei teſtes ſunt *Heinricus, Grimoldus, Rudpertus, Heinricus de Vmbliſdorf. Albinn, Perhtolt, Wernhere de Prunna. Chacili & filius eius Cunradus, Nizo, Engilmar. Aſchric & frater eius, Huno. Goteſchalc & Regil. Ceizfridus. Hecil. Rudpertus.* Gernolt. *Wimpoldus.* In eodem loco tradidit *Meginwart* cum filiis ſuis agrum unum, Et iſti ſunt teſtes *Rudolf. Rudpertus.* Gernot, *Chuno Chriſtan.*

Num. XLIV.

Quatuor Jugera Agri.

Sciant omnes fideles in Chriſto, quod *Richolf* tradidit quatuor Jugera Agri ad altare S. Georgii in manum *advocati Grimoldi.* Iſti ſunt teſtes. *Vdalrich, Aſchrich,* Goteſcalch, *Marchart, Rudprecht.*

Num. XLV.

Traditio Hochmüttingim.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod quidam *Nobilis miles nomine Noppo* tradidit ad altare Sancti Georgii quod-

quoddam predium *Hochmüttingim* in manum *Pernoldi* Abbatis & advocati ſui Grimoldi pro remedio anime *Pilligrimi* & *uxoris eius Adalheide*, & omnium fidelium defunctorum. Huius rei teſtes ſunt *Vdalricus*, *Eberhardus frater eius de Brunn Eberhardus filius Noppi. Luitprant & frater eius Heinricus. Vrluit. Heriman. Adalgoz. Tagim. Sigibrecht. Zeizfridus.* G*iſiloldus.*

Num. XLVI.

Traditio Prati Bachauſen circa An. 1070.

Certum habeant fideles Chriſti, quod quidam liber homo *Otto* nomine *de Bachauſen* cum uxore ſua *Bertha* & filio ſuo *Eribone* ad altare ſancte Marie Magdalene ipſa die dedicacionis tradiderunt pratum vnum in *Bachauſen* quod ſoluit. XL denare. Hii ſunt teſtes G*ebhart de Hittinburch Vdalric de lapide. Cunrat Marcilcre. Cuno de Rod*' (*) *Vdalrich de Chelheim Marquart de Hönheim. Adelprecht* & *Vdalrich de lapide. Burckart Cunrat Vdalrich* de Welltenburg.

*) Forte *CUNO DE ROTA*, fundator Monaſterii Rotenſis, qui anno 1073. in diplomate *HENRICI* IV. Imp. *Palatinus* audit. *Mon. boic. Vol. I. pag.* 352.

Num. XLVII.

Sub Hartwico Praepoſito circa An. 1123.

Tradicio Vinearum Irnſing.

Scribatur hoc in generacione altera, quod G*otefridus Aduocatus* vineas, quas habuit apud *Irnſingen*, tradidit ad altare

re ſancti Georgii pro remedio utriuſque carorum poſt obitum ſuum. ſuſcepit hanc tradicionem venerabilis *Hartwicus* canonice ſiue apoſtolice vite reparator & Gubernator eximius. Teſtes ſunt per Aures tracti *DIEPOLDUS MARCHIO. Liutwini de Tollingen. Heinrich de Tütenackern. Vdalſcalch de Pirch, Huch Eberſpach. Berchtolt de Kamme Gerunch & frater eius Wichpreht. Vdalrich. Adalhart. Purchart. Chuno. Bernhart.*

Num. XLVIII.

Hoc neque memorie ſubtrahendum eſt, quod ſpecialis amator hujus loci vir nobilis nomine *Egilolff* vna cum Vxore ſua *Gerdrude* tradidit ad altare ſancti Georgii — — ſuſcepit hanc traditionem venera bilis *Hartwicus*, (*) canonice ſiue apoſtolice vite reparator & gubernator eximius. teſtes ſunt per aures tracti *Chuno de tenpach. Conrat de Wenſhouen Bruno, Fridrich. Hartwich, Rudiger de Truhenho. Cunrat. Burchard. Egno de Attelhauſen. Purchart de Abnpach.* — —

*) Vid. Diplomatar. miſcell. Litteras Conradi Epiſcopi Ratiſpon. ad An. 1123.

Num. XLIX.

Tradicio predii Rwith.

Scribatur hoc in generatione altera, quod *Cunradus* miniſterialis S. Petri tradidit ad altera S. Georgii predium in loco qui dicitur *Rwith*, quod huc tradendum acceperat pater ſuus ab *Alperone de Polach* pro remedio animarum ſuarum eorumque debitorum, ſuſcipiente hoc *Grimoldo Aduocato* cum *Domino Hartwico* iteratorum hoc in loco Canonicorum Primicerio.

Huius

Huius tradicionis teſtes ſunt per aurem tracti *Aſchric. Herrandus. Rudpreht. Rapott. Rudiger. Ermrich. Luitprant. Chuno. Purchart. Bernhart. Goteſcalch. Ekkhart. Otto. Purchart.* & alii plures.

Num. L.

Tradicio predii Ouenſtetten.

Cunctis fidelibus Chriſti, quod quidam homo *nobilis Egilolf* nomine una cum *uxore ſua Gerdruda* tradidit beato Georgio in *Welltenburg* tale predium, quale viſus eſt habuiſſe frater eius *Walckun* in *Ouenſtetten* pro remedio anime ſue & fratris ſui & omnium fidelium defunctorum. Huius rei teſtes ſunt *Aribo de Prüel. Gotfridus aduocatus. Heinricus de Piburg. Heinricus. Rehuc. Eckerich. Gundeckär. Pilgrin. Rupreht. Gernot.*

Num. LI.

Sub Abbate Friderico circa An. 1130.

Tradicio predii Greuſelbach.

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod quidam Miniſterialis Sancti Petri nomine *Hartwicus* tradidit tale predium, quale in *Greuſelbach* habuit, pro remedio anime ſue & omnium Parentum ſuorum ad Altare beati Georgii Martiris per manus *Warmundi* & *Cunradi* in preſencia Domini *CUNNONIS* (*) *Ratiſponenſis Eccleſie Epiſcopi* & *Friderici* Abbatis. Huius tradicionis teſtes ſunt & per aures tracti *palatinus COMES OTTO, & eius FILIUS OTTO. Advocatus loci iſtius Godefridus. Altmannus & ejus frater Rebin. Gebehardus, Marcquardus de*

Ra-

Ratiſpona. Cunradus ſuevus. Cunradus de Reitenbuch. Gerol-*dus armiger Epiſcopi.* Gnamman, *burchart, Cuno, Wolnolt, Trauit.*

*) Videtnr is eſſe hujus Nominis I. adeptus Epiſcopatum An. 1126. qui Benedictinis Monaſterium poſtliminio reſtituit, & cui in Catalogo Gewoldiano reſpondet Abbas *Fridericus. Ottones*, qui heic memorantur, ſunt *Senior*, & *Major*, dicti.

Num. LII.

Traditio Manſuum Sultzbach & Tegernbach.

Sed & hoc habeatur in memoria, quod dominus *CHUNO Epiſcopus Ratisponenſis* tradidit beato Georgio in *Welltenburg* duos Manſus vnum in *Sultzbach* & vnum in *Tegernbach.* Huius rei teſtes ſunt per aurem tracti *Gotefridus aduocatus de Sigkling. Cunradus de Vneshauſen, Chuno de* Geis*linng. Adelardus. Wolfoldus. Burchardus. Pabo. Cuno.*

Num. LIII.

Pirckenhart.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti. qualiter *Raboto de Awa* cum uxore ſua & filiis ſuis predium, quod dicitur *Pirckenhart*, per manum *Adalberti de Lapide* tradidit ad altare beati Georgii in Welltenburg. Huius rei teſtes ſunt *Cunradus de Owenshouen. Adalbertus filius eius. Rehewin. Burchart. Ruprecht. Gelfrat. Luitprant. Folmar de Möringen. Adalhart Burchart. Merboto Heinrich Hartwic Cunrat Meginwart Rupreht Vdalrich. Wipreht. Adalbero. Ermrich. Gebolf de Tulmäſsing.* Sed poſtea idem predium interdicentibus & ad ſuum ius trahentibus duo-

duobus fratribus miniſterialibus *MARCHIONIS DIEPOLDI*, ſcilicet *Richwino* & *Radigero*, Conuenerunt ipſi tandem & *Abbas Fridericus*: quibus utrimque ſuadentibus amicis data ſunt XII. talenta hac condicione, ſcilicet ut idem predium traderetur in manum Domini *Altmanni de Singinburg* conſeruandum beato Georgio in Welltenburg & fratribus ibidem Deo ſeruientibus. Acta ſunt hec coram *Marchione DIEPOLDO*, qui & ipſe per aurem tractus, teſtis eſt & *Berhtoldus de Schamhäupten. Engilmar de Wiſſendorff. Bernhart de Metenbach. Cunrad. Heeinbach. Reinboto & filius eius Reinhoto. Swicker. Vdalrich.*

Num LIV.

Tradicio Curie Ouenſtetten.

Fideſibus Chriſti notum ſit, qualiter quedam matrona nomine *Gerdrudis* pro remedio anime ſue & viri ſui *Egilolfi* tradidit beato Georgio in *Welltenburg* Curtim unam in *Ouenſtetten* & propria mancipia *Burchardum* miniſteriali iure cetera ad V. denar. Sunt autem hec eadem mancipia Adalbero & Frater eius Otto cum ſorore Irmgart Vdalrich Eribo & ſoror eius Rilin Mechilt cum V. filiis Dietmut cum quinque filiis Richiza Adelheit. Huius rei teſtes ſunt *Aribo de Prüel. Engilmar de Gozoldshauſen. Wilhelmus de Ouermburg. Vdalricus de Aerinhouen. Adelpreht de Hürelbach & frater eius Durinchart. Iſenreich, frater eius* Götfrid *de Kirhdorf. Vdalricus* Longius *de Aerinhouen. Berhtolf de Aerinhofen. Burchardus de Ouenſtetten.* Acta ſunt hec tempore *Friderici Abbatis.*

Num. LV.

Sub Abbate Joanne, Friderici ſucceſſore.

Tradicio predii Sall.

Sciant omnes fideles, Chriſti, qualiter pie memorie *Fridericus Abbas* Welltenburgenſis emerit quoddam predium a quodam Clerico nomine *Godeſcalco*, quod iacet in villa *Sall* dicta, decem talentis, Hoc eius ſucceſſor nomine *Johannes* mortuo patre a filiis ipſius *Godeſcalci* pleniter perſoluit decem ſolidis, Quod per manus *Wernheri de Schirling* traditum eſt in manu *Ekkerici* cuiusdam miniſterialis de inferiori Monaſterio. Huius rei teſtes ſunt *prefectus Hainricus. Altmannus de Sybenburg. Godefridus de Sigklingen. Vldaricus de Lapide. Brunno de Schirling. Wernherus de Winkelſeze. Hilſungus de Pfalſpewnt. Zezfridus. Burchardus. Rudigerus. Aribo. Heinric. prepoſitus Wigbertus.*

Num. LVI.

Tradicio predii Otzenbach.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam nomine *Aribo nobilis vir de Bachauſen* tradidit ad altare S. Georgii tale predium, quale viſus eſt habuiſſe ad *Otzenbach* in manum *Abbatis Johannis* pro remedio anime ſue & omnium fidelium defunctorum. Huius rei teſtes ſunt Idem *Aribo. Otto. Heinricus. Vdalricus. Eberhardus. Willihart. Gerolt. Meginhart. Gernot, Symon. Rupertus. Cunradus, & filius eius Cunradus.*

Num. LVII.

Num. LVII.

Tradicio predii Wolmuetſach. circa An. 1166.

Nouerint omnes Chriſto Credentes tam poſteri quam preſentes, qualiter quedam religioſa mulier nomine *Richkardis* tale predium, quale habebat in villa *Wolmuetſaha* nunccupata, per manus delegatoris ſui *Dithmari* ad Altare beate Marie ſemper Virginis, ſanctique Georgii in *Welltenburg* perenni jure poſſidendum delegavit. Acta ſunt hec *EBERHARDO* Ratiſponenſis Epiſcopatus regimen tenente, *Johanne* (*) Abbate Welltenburgenſi preſidente ſub Advocato *Godefrido*, ea videlicet condicione, ut quicumque hec infringere nititur in maledictione beate Marie permaneat quo aduſſque reſipiſcat. Huius rei teſtes ſunt idem *Dithmarus. Bertolfus. Heinricus. Prepoſitus. Hartwicus Prepoſitus. Gotfridus Wernherus de Mure. Gerunch, Karolus de Werd, Sigifridus, Gotſcalcus Meinhardus de Staubing, Vdalricus villicus. Bertolfus Villicus. Ortwinus Adalbertus de Harlanten, Cunradus Spiz, Cunradus Ladorre Cunradus Wirfinc, Hartwic de tieſin. Hadalprandus, Bertolfus & filius eius Fridericus. Eberhardus Hartwic, Vdalricus, Cunradus de peurn* & frater eius, *Rakawin Haimbertus de loco. Vdalricus de Moſe.*

*) Hoc tempore in Catalogo Abbatum Weltenburgenſium ab abbate *Mathia* conſcripto nullus occurrit *Joannes*, *EBERHARDO* Epiſcopo Synchronus, qui ab Anno 1165. non niſi biennio rexit Eccleſiam.

Num. LVIII.

Tradicio Curie Aymuſſe ante Annum 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ego *Wernherus* predium quod a patre & matre mea in villa *Gibeſtorff* he-

reditario Jure poſſedi in manus domini *Cunradi de Winchelſazen* per manum *Eberwini de Lobeſingen* legatarii mei ad mihi conſeruandum contradidi poſt obitum vero meum ſi nihil aliud de eodem predio conſtituerim, ad clauſtrum *Welltenburg* ſeruiendum ſine omni contradictione tradidi. Eodem modo quosdam proprios homines meos in manus predicti *Cunradi* conmiſi, poſt obitum vero meum, ſi nihil aliud conſtituerim, ut ſecundum libitum ipſorum quoeunque poſtulauerint ipſos homines tradat, hii ſunt homines *Reginoldus Engilmar Ortolf de Aymuſſe Rudger uxor* eius & filii eius *Sigbot Cunrad Gebhart uxor eius* & filii eius *Rupyecht* uxor eius & filii eius *Adelbertus* & frater eius *Iſinbertus. Rihinzam* & filios eius. Ignobiliores quoque homines meos in manus iam dicti *Cunradi* mihi conſeruandos commiſi, & ſi nihil aliud de eis fecerim poſt obitum meum ſuper altare S. *Emmerammi* ad cenſum quinque nummorum tradat. Preterea predium quod ſitum in *Bigendorf*, ſuper quod ſita eſt Eccleſia, in manus ſupradicti *Cunradi* mihi ſeruandum conmiſi, & ſi nil aliud de eodem fecerim, poſt obitum meum ad *inferius monaſterium* tradat, in eadem quoque villa curtim & vineam & omnem ſiluam ibidem eidem *Cunrado* mihi ſeruandum conmiſi, poſt obitum vero meum, ſi tamen nil aliud in vita mea de eodem feci, ad S. *Emmeramum* tradat. Preterea predium meum in *Gibeſtorf*, quod non fuit hereditarium, in manus *Geroldi de Taune* delegaui ad obitum meum mihi ſeruandnm, & ſi nil aliud de eodem conſtituerim ad altare S. Georgii *Welltenburg* tradat, Preterea predium meum ad *Bumanne* & predium meum ad *Aymuſſe* & curtim ad *Segelbach* in manus ſepedicti *Geroldi de Tanne* ad obitum meum mihi ſeruandum commiſi, & ſi nihil aliud ſuper hoc rogauerim, ad altare S. Georgii *Welltenburg* tradat. Preterea curtim ad *Prucke* in ma-

manus *Marquardi de Tanne* mihi ad obitum meum ſeruandum conmiſi, & ſi nihil aliud de eodem rogauerim, ad altare S. Emmerammi tradat, Curtim quoque ad *Aymuſſe* in manus iam dicti *Cunradi de Winkelſazen* ad obitum meum mihi ſeruandum conmiſi & ſi non aliud inde rogauerim, poſt obitum meum ad clauſtrum *Pärgen* (*) tradat. Preterea atrium meum in *Katichouen* ſuper quod fundata eſt Ecclesia, & omnem ambitum eius, quod cauſa atrii dicitur, in manus iam dicti *Cunradi* conmiſi ad obitum meum mihi ſeruandum, & ſi non aliud de eodem rogauerim, *Engilmaro filio ſororis mee* tradat. Preterea predia mea in *Oberdorff* & *Claders* in manus ſepe dicti *Cunradi* conmiſi eo videlicet modo, ut quocunque ſuper hiis prediis peticionem memeam fecero, ipſe delegare potens ſit & paratus ſuper que omnia predia mea, que qualicunque modo ſeruanda deleganda contradidi. ſuper ignobiliores quoque, homines meos *Palatinum OTTONEM DE WITELINESBACH* (**) Aduocatum conſtitui, Et ſi ipſe non ſupervixerit, *fratrem eius Ottonem ſeniorem* in eandem Aduocacionem eligens ſubrogaui, quarum tradicionum teſtes ſunt hii. *Eberwin de Lobeſingen. Engilmar de eodem. Otto & filius eius Adelbertus. Vdalricus Sahze. Marquart. omnes de Tigingen. Geroldus Marquart. de Tanne. Cunradus de Snaithart. Reinboto, Perhtolt, Wernher de Muſſe. Adelprecht & frater eius Vdalricus Sahze. Ramunc frater eius Wicman omnes de Scirlingen. Gerunc & filius eius Gerunc. Heinric de Gibiſtorf Hiltigrim Eccolf de Wiholdiſtorf. Herbort, Zahman, Heinrich de Lirendorf Arnolt de Sighardiſtorf. Hartwic, Wolfher de Lutenhuſen. Heinrich & frater eius Vdalrich de Aichilberch. Ruprecht Maiſter de Geiſenuelt. Adelprecht Vdalrich de Helchenbach.*

*) Paring. **) Nempe Juniorem, Ducis fratrem.

N. LIX.

Num. LIX.

Tradicio predii Gibeſtorff.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod ego *Wernherus* predium quod a patre & matre mea in villa *Gibeſtorff* hereditario jure poſſedi, in manus domini *Cunradi de Winchelſazen* per manum *Eberwini de Lobeſingen* legetarii mei ad mihi ſeruandum contradidi. Poſt obitum vero meum, ſi nihil aliud de eodem predio conſtituerim, ad clauſtrum *Welltenburg* ſeruiendum ſine omni contradictione tradidi. *Teſtes vide. Num. praecedente.*

Num. LX.

Gibeſtorff.

Notum ſit omnibus fidelibus quod *Kungunt ſoror domini Wernheri de Gibiſtorff* pro equa portione predii, quod ſitum eſt in *Gibeſtorf.* & quod ad illam curtim ſpectat, & pro porcione familie comiti conqueſta eſt pro violencia a matre eius *Kunegunda* & a fratre eius predicto *Wernhero*, Qualiter eciam querimonia depoſita eſt, eo videlicet tenore, quod Dominus *Wernherus* predicte ſorori ſue perſolveret XXX talenta, que ſi non perſolveret, poſt obitum eius predium, quod ſitum eſt in villa *Chacichouen*, eius tradicione hereditario Jure haberet, qua cauſa ſic determinata iam dicta *Kunigunt* ceterorum prediorum, que ſibi ſorte evenire poterant, familie quoque abdicationem faciens manu emiſit. Huius rei teſtes ſunt *Herman de Wolueſbach & filius ejus Alber. Gebhart de Hirslachen. Sigiloh tweringelt. Adiluolch de Windinwanch. Vdilſcalch de Egre. Heinrich*

de

de Erichibach. Hartunc de tunchtorf. Wernher & filius eius Gotfrid de tanhauſen. Marquart de Stophenheim. Sigehart de Graſhauſen. Gotefrid, Otnant, Ortlieb de Wolueſbach. Memgoz de trebgaſt Reinolt, Siboto, Haime, Engilmair, Bernolt, Leutwin de Schambach Walther & filius eius Cunrat, Sibot & filius eius Merbot, Vdalrich, Gebehart, Arnolt, Ruprecht, Heinric, Rapoto, Heinric, Part, omnes de Chacichouen. Sigiuirt de Belle. Alber & filius eius Liupolt de Grisbach. Reinolt de Hadrichshouen. Rudger de Laber. Friderich, Hawart, Dietrich de Tanne. Heinric de Aſtolciſhauſen. Vdalrich de Muſſe. Pernhart de Sippenhouen. Herman, Sighart, Rudiger, Herman, & Frater eius Heinric omnes de Lancwart, Heinric Fraz de eodem. Gebhart de Helchenbach. Dietmar de Alneſhauſen. Pernhart de Simdendorf. Heinrich de Liutenhauſen. Ruprecht de Sandisbach Heinrich de Puch. Walther de Lirindorff.

Num. LXI.

Compoſitio prioris Querele.

Omnibus Chriſti fidelibus innoteſcere cupimus, qualiter controverſia, que inter dominam *Kungunt* & filium eius *Engilmarum*, & dominum *Wernherum de Gibeſtorf* habita eſt, qualiter inquam determinata eſt, dum enim inter eos lis pro hereditate diucius haberetur, tandem hec conuencia in invicem facta eſt, quod videlicet predicta Domina *Kungunt* & filius eius *Engilmar* acceptis a Domino *Wernhero* tribus prediis, primo in *Pigendorf*, Secundo in *Oberndorf*, tertio in *Kladers*, de omnibus prediis eius cultis & incultis, de omni quoque familia eius abdicationem & manuemiſſionem fecerunt, Vnde factum eſt quod Dominus *Wernherus de Gibſtorf* predi-

um

um ſuum, quaſe in *Gibſtorf* habere viſus eſt, delegauit in manus domini *Heinrici de traſmundiſriete* in preſencia ſororis ſue *Kungunt* & filii eius *Engilmari* abſque utriuſque Contradictione cum fide ſibi conſervandum, quoadusque viuat, poſt mortem vero eius ad *Welltenburg* delegandum. Sic tamen ſi non aliud aliquid ſuper eo rogauerit. Huius Rei teſtes ſunt *Vdalricus Kärgl & fratres eius Hartwicus, Rupertus Udalric. de Pentling & frater ejus Heinric. Hugo, Vnderwalhen fridericus paruus. Ekkipreht de Talmäſsing. Hartnidus Schrebl. Erniſt de Lirendorf. Cunrad Harderſpach. Hartwic & frater eius Vdalric de porta. Geroldus, Marquardus de Tanne. frideric, Perchtolt de Miuenſhauſen. Heinric Graue. Hartwic & frater eius Rudiger in der Herin, Rupertus filius Adelberti Rufi. Gebhart de Solärn. Cunrat de Onoltiſpach. Herman Sack & frater eius Heinric Salman Wirnt Aurifices. Rudiger Pernolt Kerninen Pernolt Heinric frater eius Heinric Hauſpergär Heinric ſeruus Pernoldi tridicei. Cunrat filius Hartwici in porta Pabo de Muſſa, filius Reginpotonis. Heinricus de Märſingen Gotfridus & frater eius Vdalricus de Pentlingen. Siboto Engilmar, Ortolf, Marquart, omnes de Gibſtorf. Siboto Judeus. Ortlieb, Marquart, Bruno de Volſpach, Wernherus, Härtwic, Heinric homines Vdalrici Kärgelini. Ekkart, Cunrat, Härtwic, omnes de Pentlingen. Heinric, Wernher, ſororii Heinrici Grauen. Gebhart filius Gebehardi hiſtrionis.*

Num. LXII.

Sub Abbate Henrico An. 1184.

Omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris notum facimus, qualiter quidam Miles *Adalbero* nomine & filius eius *Gerung* quandam feminam *Ottgeben* nomine cum

filiis

filius ejus, quam beneficii jure poſſederunt, accepto a Domino *Heinrico* tunc temporis Welltenburgenſi abbate vno talento, quo beneficiario more non poterant reſignare omnimodam vtilitatem & fructum, quam a predicta muliere & filiis eius habere poterant, in manus jam dicti abbatis & aduocati ejus abdicauerunt, & in vſus fratrum Weltenburg: cedere perpetuo decreuerunt, Et ut hoc factum nunquam aliquo malo ingenio eorum irritum fiat. data vterque dextera ſua in manus ſepe dicti abbatis & aduocati *Godefridi* ſcilicet *de Werd* (*) fidem ſe ſeruaturos eſſe juramento confirmauerunt. Hoc quoque data fide & juramento ratum fecerunt, vt ſi forte predictus abbas, uel ejus Succeſſor aliquis de fide eos admoneret, Domino ſuo, a quo jam dictam feminam inbeneficiatam habent, ſine omni retractione illam & filios ejus reſignare non differant. Acta ſunt hec Anno Domini M. C. LXXXIIII. in preſencia Henrici abbatis, *Gotefridi aduocati, & filii eius Cunradi*, & multorum, qui & teſtes huius actionis ſunt. Idem aduocatus *Gotefridus de Werde, Cunrad filius eius. Tageno de Inlingen. Vdalricus de Mute. Karolus Wernerus Mazze. Eperhart de Puloch. Gerunt de Mure. Sifrid de Serking* &c.

*) Conſtat hinc de genere Advocati, quod nomen traxit a Caſtro *Werd*, ad fluvium Altmühl ſupra oppidum Dietfurt & ex nobiliſſimis Dominis de Sinzing & Laber deſcendit.

Num. LXIII.

Tradicio predii Retiſsing circa An. 1184.

Scribatur hoc in Generacione altera, Quod quidam *Vdalricus Clericus de Jathenhauſen* tradidit ad altare ſancti Georgii martiris ad *Welltenburch* predium, quale viſus eſt habu-

iſſe ad *Reüſsing* per manus *Gebolfi de Höhenhaim* in manus *Herrandi Abbatis* (*) & *Aduocati ſui Conradi.* Sunt autem teſtes *Gebolfus & Conradus frater eius. Eberwinus de Lobſingen. Perhtoldus de Aueking. Vlricus de Schirling.* Otto, *Vlricus filii Cunradi.* Acta ſunt hec omnia tempore expeditionis Jeroſolimitane.

*) Secundum Catalogum Mathiæ Abbatis præfuit ab Anno 1023. forte autem legendum: in manus *Hartuuici* vel *Herbici* ad Ann. 1202. & 1220. aut omnino *Henrici*, quem ex Num. præcedente conſtat præfuiſſe An. 1184. Aduocatumque habuiſſe *Conradum*, *Gotefridi* Aduocati filium. Certe etiam cognomina locorum, Perſonis in hac Traditione addita, non adeo in uſu erant Sæculo XI.

Num. LXIV.

Tradicio Prædiorum

Pigendorf Oberndorf Claders Ao. 1187.

In nomine Sancte & individue trinitatis. Notum facimus & preſentibus & filiis qui naſcentur & exurgent, qualiter quidam nobilis homo *Wernherus de Gielſtorf* predia ſua, que ſita ſunt *Pigendorf*, *Oberndorf*, *Claders*, qualiter inquam predia ſua tradidit *ſorori ſue* nomine *Kunigunt*, eo ſcilicet pacto, ut ipſa *Kunigunt* de reliquis prediis fratris ſui omnino abdicacionem faceret. Eadem itaque hora, qua hec facta ſunt, iam dicta *Kunigunt* qualemcunque proprietatem & ius habuit reliquorum prediorum ſuorum, que ſita ſunt *Gielſtorff*, *Ainmuſſe*, *Riute*, manus emiſſione & verbi aſsignacione penitus abdicavit. Predictus igitur *Wernherus* in ſalutem anime ſue parentumque ſuorum iam dicta predia in manus Cuiusdam nobilis viri *Heinrich de Tranſmündſriede* nomine delegari fecit conſervanda uel tradenda monaſterio Sancti Georgii martiris in *Welltenburg*, ea racione interpoſita, ut ipſa predia nunquam uel commuta-

cio-

cionis, uel vendicionis, uel donacionis, uel certe inbeneficiacionis occaſione a predicto monaſterio alienari debeant, facta ſunt hec in loco qui dicitut *porta ſancti Emmerammi* Anno Dominice Incarnacionis M C LXXXVII. Temporibus *FRIDERICI* Imperatoris. Actionis autem huius teſtes ſunt ſubter notavimus. *Cunradus de Winckelſazen. Dietmarus de Holzen. Vlricus Kärgel, & fratres ejus Rutpertus, Hertwicus. Udalricus de Pentlingen. Heinrich de Hohenberg, Liutwin, Adelbret an der heide. Eckebreht & frater eius Vdalrich de Talmäſſingen. Marquart, Gerolt de Tann, Hertwic, Vdalrich, Holcenar, Vdalrich de Lauterbach. Otto, & filius eius Adelbreht de tigingen. Karolus Zolnär. Rudiger Senft. friderich, Hugo, Vnderwalh Herman, Sach, Heinrich Crans. Vdalrich, Adelbertus de Schirlingen. Sigboto, Ortolf de Gielſtorf. Erniſt de Schirlingen. Heinrich de Aichelberg. Gebhart de Wartenberg. Marquart de Gielſtorf. Reginboto de Müſſe. Wolframus de Schambach. Erniſt de Lirendorf. Cunrat de Harderſpach friderich, perhtolt de Nimenſhauſen. Heinric Graue. Hartwic, & frater eius Rudiger in der Erin. Rutpertus filius Adalberti Rufi. Gerhart de Solaren. Cunrat de Onoltiſpach. Heinrich Sach, Salman Wirnt, Aurifices. Rudiger Pernolt, Kernine, Pernolt & frater eius Heinrich, Heinric Hauſperger. Heinric ſervus Pernoldi triticei. Cunrad filius Hertwici in porta. Pabo de Muſs filius Rein botonis Heinrinc de Märſing. Gotfridus & frater eius Vdalricus de Pentling. Siboto iudeus. Ortlieb Marquart, Pruno de Volſpach. Wernher, Härtwic, Heinric, homines Vdalrici Kärglinn, Eckart, Cunrad, Hartwic, omnes de Pentling. Heinric. Wernher, ſororii Heinrici Graue. Gebhart filius Gebhardi hiſtrionis Götfridus de traſmundſriede.*

*) Hæc Traditio conferenda eſt cum prioribus a N. LVIII — LXI.

Num. LXV.

Sub Wolframo Abbate

Locatio predii. Rwith circa An. 1220.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris qualiter ego *Wolfframmus* Abbas Welltenburgenſis Cenobii cum fratribus meis infeodaui quendam *militem de Ingolſtatt Wernherum* nomine cognomento *Grawelin* & *uxorem ſuam Mahtildem* & *duos filios* ipſorum *Wernherum & Hainricum* tali predio, quali viſi ſumus habere in *Rwithe* ea racione, vt annuatim in feſto ſancti Martini conſtitutum cenſum perſoluant, ſi autem neglexerint & predictum cenſum temere retinuerint, nihil iuris vlterius habeant in ipſa poſſeſſione, ſed ſit in Abbatis arbitrio, qui tunc temporis preeſt, ſuorumque fratrum, ipſum beneficium collocandi, precariandi cuicunque placuerit, igitur ut confidimus ſi fideliter ſeruierint ut decet fideles, & debitum cenſum ſuo tempore reddiderint, nullus ſucceſſorum noſtrorum ſcilicet Abbatum habeat poteſtatem ammouendi de predicto beneficio ſupradictum *Wernherum* & uxorem ſuam, & prenominatos filios eorum. Poſt diſceſſum vero ipſorum nullus poſterum illorum aliquid proprietatis uel formam beneficii vendicet ſibi in ſupradicto predio, ſed abſque ullius contradictione recipiant fratres Welltenburgenſes eiusdem predioli locationem & jus hereditarium in proprios uſus.

Num. LXVI.

Seligperg An. 1231.

Anno Domini MCCXXX primo. In die ſancti Nicomedis martiris miſerabiliter occiſus eſt dominus *LUDWICUS*

Comes

Comes Palatinus Reni & Dux Bavarie in loco Altaris ſanctorum Johannis Evangeliſte & Johannis Baptiſte in *Kelhaim*, a quo habemus duas Curias in Seligperg, vnam Cambio, & alteram pro Remedio anime ſue.

Num. LXVII.

Tradicio predii Pariſtorf Ao. 1280.

Scribatur hoc in generacione altera, quod quidam miles nomine *Vlricus de Pairſtorf* tradidit ad altare S. Georgii tale predium, quale viſus eſt habuiſſe in *Pairſtorf*, & de ſuo Jure omnino contradidit & tranſtulit in jus Eccleſiaſtice poſſeſſionis legittime ad habendum & poſſidendum, & deinceps quidquit juſte voluerit faciendum. Hec acta ſunt Anno Domini M CC LXXX. Redditus Predii ipſius LXX. Domino.

Num. LXVIII.

Greuſelbach An. 1290.

Pateat tam preſentibus quam futuris quod quedam Vidua nomine *Willibirch de Greuſelbach* partem hereditatis, quam ſibi vir eius *Cunradus* nomine dedit, beato Georgio ad *Welltenburg* tradidit. Sunt autem hii teſtes *Cunradus* & *filius ejus Adelperht de Vebenſhouen. Poppo de Hartingen. Wernherus Veckingen.* (*) *Purchart. Liutprant. Gelphart. Adelhart. Rehewin.*

*) forte Aveckingen. Nam in eodem Codice Tradit. Weltenburg. Sub Abbate *Henrico* ad hunc Annum occurrit *Wimarus de Aveking*, & ejus *Soror Alhaidis de Meilhoven*.

Num. LXIX.

Num. LXIX.

Traditio Areæ in Weltenburg circa An. 1291.

Sciant omnes fideles in Chriſto, quod Dominus *HEINRICUS* (*) Epiſcopus beato Georgio in *Welltenburg* tradidit Aream vnam in villa ſitam in pede montis pro Remedio anime ſue. Huius Rei teſtes ſunt *Sigehardus de Elerſpüende. Vdalricus de AchKirchen. Otto. Rapoto Goteſritter, Ruprecht. Vdalrich. Hartwic.*

*) Ratiſponenſis, forte hoc Nomine Secundus, Comes de *Roteneck.* Cujus Litteras vid. ex diplomatario miſcello ad An. 1291.

**) Quæ ſequuntur Traditiones, certis Temporibus commode alligari non poterant.

Num. LXX.

Tradicio Agri Wiuer.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod *Gernot* tradidit agrum, quem viſus eſt habuiſſe ad *Wiuer* ad altare ſancti Georgii pro Remedio anime ſue & *Uxoris ſue Gepe* & Omnium fidelium defunctorum, Iſti ſunt teſtes. *Chriſtan, Vdalrich. Purckart. Adalbero. Vdalrich, Woluolt, Hawart.*

Num. LXXI.

Tradicio Poſſeſſionis Oetlingen.

Cognitum eſſe volumus cunctis Chriſtiane religionis fidelibus tam poſteris quam preſentibus, qualiter ego *Aribo* breves dies hominis eſſe conſiderans poſſeſſionem meam in manu

Regi-

Reginoldi de Oetlingen ſitam *Purchardo de Lobeſing* delegari poſtulaui, ut poſt obitum meum & uxoris mee *Kunigunde* ad altare Beati Georgii martiris *Welltenburch* delegari ab ipſo debuiſſet. Huius rei teſtes ſunt *Burchardus de Strazhen. Vlricus de lapide. Burchardus & filius eius. Gotefridus aduocatus. Illſung. Snicger. Wolfram. Gebolf & frater eius Cunradus. Cunradus. Wimarus. Sigebot. Wernher. Vdalricus. Albun. Wicboto. Heinric. Rudolf. Eberhardus. Vdalricus. Eckart. Purchart. Heinric. Eilbertus. Hermannus. Heinricus. Wolffer. Ermmrich.*

Num. LXXII.

Sallerdorff.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *ſtrennuus miles dictus Vlricus de Auegking* tradidit ad altare ſancti Georgii in Wellteuburg predium quoddam in *Sallerdorff* cum Redditibus prenotatis pro Remedio anime ſue omniumque fidelium defunctorum Qui & ipſe VI. Kalendis Januarii finem fortitus eſt felicem in die Johannis Ewangeliſte. & in Capella alme Virginis Katherine predicti welltenburgenſis Monaſterii ſepultus, Cuius anima requieſcat in pace.

Num. LXXIII.

Tradicio predii Pettenhouen.

Sciant omnes fideles in Chriſto, quod *Babo* tradidit ad altare ſancti Georgii tale predium, quale viſus eſt habuiſſe *Eckihart ad Pettenhouen* in manum Marckardi ad conſervandam deo & S. Georgio pro Remedio anime eiusdem *Eckihardi* & omnium fidelium defunctorum. Iſti ſunt teſtes *Piligrim. Pernhart. Ratpreht. Gernot. Eckhart. Richolf. Vdalrich.*

Num. LXXIV

Num. LXXIV.

Tradicio predii alterius in Lauterbach.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod *Ammelrat* tradidit quoddam predium ad *Lauterbach* pro remedio anime ſui filii *Rutperti* & ſue anime ſuorumque omnium & omnium fidelium defunctorum ad altare S. Georgii martiris. Iſti ſunt teſtes *Grimolt & filius eius Vdalrich. Engilmar, Warmunt, Aſchric, Purchart, Friderich, Ruprecht, Gernolt.*

Num. LXXV.

Haſelbach, Bibelbach, Ruit, Bram.

Notum ſit omnibus Chriſti tam preſentibus quam futuris, quod quidam *liber homo Waltchuno* nomine tradidit predia ſua, que habuit, ſcilicet *Haſelbach, Bibelbach, Ruite, Brame*, per manus fratris ſui *Wernheri & Ottonis de Bachauſen* ad altare S. Georgii *Welltenburg* pro remedio anime ſue & omnium Parentum ſuorum. Et huius rei teſtes *Wernherus de Wenchelſeze. Otto de Bachauſen. Vdalricus de Kelhaim*, & ſeruus eius *Ingrimus Adelbertus de Oenshouen* & fratres eius *Hartwicus* & *Rutpertus*, & familiares eorum *Rechewim, Reginboto, Wernhardus, Wolſſram de Kelheim - Götzprecht de Winckelſezen. Megingoz de Aſnchouen.* iſti de Welltenburg. *Purchart. Engilprecht. Perberwin Ekkehart. Adelgoz.*

Num. LXXVI.

Harlanden.

Cognoſcant omnes fideles Chriſti, quod quidam vir nomine *Wiepolt* tale predium, quale habuit *Harlanden*, dedit

uxori

uxori ſue *Hademüde* ea condictione ut quo ad ipſa viveret, haberet, poſt mortem vero eius *Welltenburgenſis* Eccleſia haberet. Hec tradicio in manus *Gewoldi*, *filii Marcquardi de Hönheim* delegata eſt, & in manus *Macquardi Nepotis ſui*, ut, ſicut prediximus, poſt mortem predicte mulieris tradant ſuper altare S. Georgii Welltenburg. Huius rei teſtes ſunt: *Megingoz*, & *filius eius Cunrad. Hezel*, *Sigeboto*, *omnes de Hoheim. Erchinger*, *Wolfram*. *Hiltegrim*, *Adelprecht*, omnes iſti de *Harlanden*, Gözpreht. *Cunrad. Aigel.*

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.


Num. I.

Conceſſio ceſarea predii Bozinwanch A. 1040.

In Nomine Sancte & indiuidue trinitatis. *HEINRICUS* diuina fauente Clementia Rex. Nouerint omnes Chriſti utique fideles tam futuri quam preſentes, qualiter nos propii genitoris noſtri felicis memorie *CUNRADI* Imperatoris Auguſti noſtreque anime remedio *Welltenburgenſis* Eccleſie Abbati nomine *Buolo* ſuisque ſucceſſoribus quoddam noſtri juris predium *Bozinwanch* dictum in pago *Chelsgouue* in Comitatu *OTTONIS Comitis* ſitum cum omni pertinencia ſeu utilitatibus in ſilua, quibus ipſi Eccleſie (ipſa eccleſia) indiget, in proprium tradidimus cum terris cultis & incultis, queſitis & inquirendis, ſeu cum omni utilitate, quę ullo modo inde poterit prouenire, eo nimirum tenore, ut preſcriptus Abbas *Buolo* ſuique ſucceſſores de eodem predio liberam deinceps habeant poteſtatem tenendi, commutandi, uel quidquit ſibi placuerit inde faciendi ad utilitatem ſcilicet pretitulate Eccleſie in honorem ſancti Georgii martiris conſtructe. Et ut hęc noſtre tradicionis auctoritas per ſuccedentia tempora ſtabilis & inconuulſa permaneat, hoc preceptum inde conſcriptum manuque propria corroboratum ſigilli noſtri inpreſſione juſſimus inſigniri.

Sig-

Signum Domini *HENRICI* tertii Regis invictiſſimi.



Monogramma

Theodoricus Cancellarius vice *Bardonis* Archicancellarii recognovit.

Data Id. Januarii Indict. VIII. Anno dominice Incarnationes Miſſeſimo quadrageſimo. Anno autem Domini *HENRICI* tertii ordinationis XII. regni vero X. Actum *Auguſte* feliciter. Amen.

Num. II.

Traditio D. *HARTWICI* Ep. Ratiſpon. Eccleſie ſuper monte dicto Artzberg. An. 1123.

Scribatur hoc in generacione altera quod ego *HÆRTWICUS* Dei gracia *Ratiſponenſis* Epiſcopus diuino timore & amore conpunctus circa venerabilem locum vulgo *Weltenburg* appellatum plurimis quidem reliquiis Sanctorum predidum, ſed humanis amminiculis miſerabiliter deſtitutum Tranſtuli illuc de domo ſancti *Floriani* ſpectabilem canonice vite Signiferum nomine *Hortwicum* eiusque Solacio & omnium qui cum eo & poſt eum Domino noſtro Jeſu Chriſto ſub patrociniis Sacratiſſimorum martirum Laurencii videlicet & Georgii ibidem Seruituri ſunt Jure perpetuo mancipaui proximam Inſulam Danubii, & quicquid epiſcopalis dicionis fuit in monte quem beatus Wolfgangus quintus anteceſſor meus incaſtellauit, exceptis pertinenciis vinearum *GOTFRIDI aduocati* Quod ſiquis hanc largicionis mee cartam

 quam

quam pro remedio anime mee ſimulque preceſſorum & Succeſſorum meorum conſcribi feci & proprii Sigilli inpreſſione Signaui, auſu temerario infringere temptauerit, & aliqua invaſione uel inminucione uel alienacione Spiritum Sanctum, cuius inſtinctu hec tradicio facta eſt, in famulis eius Contriſtauerit, ſit ille, niſi digna ſatisfaccione emendauerit, eiuſdem Sancti Spiritus iudicio & auctoritate apoſtolorum Petri & Pauli anathema maranatha, & illam triſticiam incurrat de qua ſcriptum eſt non reſurgunt impii in iudicio neque peccatores in Conſilio iuſtorum. omni autem cooptanti & cooperanti nobis in bonum circa prenominatum locum ſit gaudium & pax in Spiritu Sancto, audiatque deſiderabilem illam vocem a celeſti medico: dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Actum *Ratiſpone* Anno ab incarnacione Saluatoris M°. centeſimo viceſimo tertio Indicione prima äſtipulantibus & äſtantibus cleri & populi magiſtratibus & magnatibus, quorum denuo placuit hec nomina conſignari. *ADALPRECHT Comes de POGENE. Adalprecht de geren*, & fratres eius *Ludowich* & *Heynrich. Diepolt de chagere. Bernolt de Wiſe. Adalgoz de Salre. Weril Dapifer. chuno Pincerna.*

Num. III.

Reductio Ordinis Sancti Benedicti in Monaſterio Welltenburg & annotacio omnium Prediorum eidem ſubſeruiencium Auctoritate apoſtolica Honorii Pape facta.

An. 1128.

Ego *CHUNO* Dei gracia *Ratiſponenſis* Epiſcopus omnem effugere volens temeritatem, manum mittere in facta anteceſſoris mei pie memorie *HARTWICI* epiſcopi temere nolui, que illum

illum affectuoſe inchoaſſe & auttentice ſcio conſummaſſe. Volens enim infra dyoceſis ſue terminos profeſſores regule beati Auguſtini plantare, locum ad hoc elegit qui dicitur *Wellten-burg* ab olim a monaſtice Profeſſionis viris inhabitatum, eo vero tempore ſi non omnino vocantem, inutiliter vero occupatum. Et ut eadem plantacio firma hereret radice, ſtatuit eam firmare apoſtolica auctoritate. verum quia, ut nunc patet, eius pius affectus effectum habere, & nouella Pantacio illa inibi radicare non potuit, nos qui per Dei Diſpenſacionem ei in regenda ratiſponenſi eccleſia ſucceſſimus, apoſtolicum Domini Pape *HONORII* oraculum ſuper eodem monaſterio conſultentes, ymo cartulam cui ea auctoritas ineſt pre manibus habentes, locum prefatum monachis regularibus, & ſi Deo placet, vere monachis reſignamus, & nunc ipſius eccleſiam loci reconſecrauimus, & bona que ab antiquitate illuc tradita ſunt, & que nos modo doti antique Superaddimus de propriis, in magis propria redigentes, gladium Spiritus in illorum tuicione adhibemus, ut quicunque ad illorum direptionem manum extendere preſumpſerit, in Regno Chriſto partem non habeat & eternum ſupplicium cum Juda Anna & Caipha & Pylato ſorciatur. hec ſunt ergo que Chriſti famulis in predicto loco per antiquam & modernam tradicionem ſubſeruiunt. Parrochia *Staubingen* & decime & Curtile cum quatuor Hubis. *Stawbſacker* ſex vinee cum agris ſuis. *Welltenburg*. Innſula & agri ſuper caſtrum, molendinum & locus piſcacionis. *Gmünde* Eccleſia cum duabus Hubis. *Chelhaim* dimidia huba. *Buickheim* Eccleſia & decime, curtile unum & due hube & due vinee cum agris ſuis. *Hernſingen* due vinee cum agris ſuis & decime de nouem vineis. *Weltenburg* vna vinea cum ſuis agris. *Oberdorf* locus molendini & dimidia huba. *Geckingen* Eccleſia & curia decimalis & due hube.

Tov-

Teuſenhoven tres hube, & molendinum cum agris ſuis, & ſaltus adjacens. *Owenshoven* tres hube & dimidia. *Beuren* tres hube. *Pülach* dimidia. *Tagir tingen* nobilis viri huba. *Muſs* tres hube. *Luginhart* dimidia. *Taldorf*. dimidia. *Wiſſlenbach* dimidia *Tiersdorf* dimidia. *Hiebrechtishauſen* dimidia. *Hochmütingen*. huba. *Greuſelbach* dimidia. *Tackelprun* dimidia. *Memmindorf* dimidia *Saltzbach* huba. *Tegernpach* huba. *Bünnhart* molendinum cum agris ſuis. *Tolbach* huba. *Lyntten* nobilis viri huba. *Holenſtain* nobilis viri huba. *Ulrein* huba. *Sigklingen* dimidia. Eccleſia & Curtile. *Harlanten* curtile. *Wolmutsach* dimidia Eccleſia et tertia pars decimarum & duo curtilia. *Tann* curtile & huba. *Slaitwiſe* curtile. *Laber* curtile. *Tollenberg* curtile. *Haberreyne* curtile. *Ottenbach* curtile. *Hürſelbach* curtile. *Aych* curtile. *Walkeſtorf* curtile. *Langenbruck*. curtile. *Tiernbuch* tria prediola, *Lauterbach* huba & dimidia: *Chirhdorff* decime de duobus curtilibus abbatiſſe. *Mägriching* decime de curtili *Comitis ERNSINGEN* decime de curtili. *Eckardi*, *Welltenburg* duo ſaltus. Data *Rattiſpone* Kal. May. 1128.

N. IV.

Confirmatio caeſarea Jurium & Privilegiorum Anno 1140.

In dem Nomen der heiligen Untaylhafftingen Dryvaltigkaitt. Wir *CONRADT* awſs Vergonnung Guettigkaytt Romiſcher König des Nomens der ander. Die Pilligkait Gerechtigkait vnnd Reichs Geballt vermannen vns alle fürbare Nutzperkait zw verſechenn, am maiſten, aber die begird der Chriſtengelawbigenn, in allmaſſen zw furdern vnnd zw verhellfen, hiervmben der Brüeder im Cloſter ſand Georgen zw *Weltenburg*

Gott

Gott dienen begerden verwilligung in verpott vnnſer koniglicher macht beſeſten vnnd beſtätten wir die Freyhaytt mit zwegebung, verwilligung vnnſers aller liebſten Brueders *Hertzogen Lewpoldes von Bayrn* Das die ſelb freyhaytt dem vorgeſprochen Gotzhaus weltenburg in rechte nutz vnd geberre. In Recht und Gehallt des fürſtentumbs ze Bayrn geben vnnd befelhen, alſo beſſchayden wir das dy Brüeder zw Weltenburg die freyhayt des Cloſters ewiglichen mit Recht vnnd aygentthumb beſytzen, ſich des in albeg recht vnnnd ordenlicher maſſen ſullen halten vnd gebrauchen, freyen gehallt haben ſullen. Wir verordnen auch vnwider rueffenlichen ſetz vnd mit koniglicher macht von allen Plegernn Richtern des Cloſters dytz geſatz ob der ainer oder mer armer oder reicher bemelts Cloſters inbendig oder auſbendig in güettern oder perſonen, in aynicherlay wege wider vnnſer verordnung zw beſſchwärn durſtig wurde, vnnd yemondt belaydigett den Abbte, ſeinen Richter verachtet vmb recht noch guettikeit nicht erſuchet. Wir verpietten auch vnnd ſchaffen mit aller ſtrengikait, das kain ander Pfleger oder richter oder ander lewtte kainen ſchuldigen noch ſeinan feindt innerhalben einfangs des Cloſters Weltenburgk oder auſſerhalben ſo weytten der ſchad werdt da von geett, niemant ſull vahen, noch belaydigen ab vnnſer koniglicher mayeſtätt erſchrecklichen vnnd ſchwärn ſtraffe. Ob aber ettwer ſolchs wider vnnſer beſchirmung verſuechen wurde; ſolchem ſey all ſein hab gemain gemacht, verurtayllen wir mit den Ponen der Aecht ze ſtraffen, Es ſoll auch kain Pfleger oder Richter, was Gewalts der ſey, von Gerichten noch teydingen in ainicherlay des Cloſters Hofmarchende ſych on willen der Brueder einlaſſen wurden. Sonnder on allen enden ſoll ein Abbte oder

ſein


ſein Richter die lewte ze richten, auch ſein Inwoner ze ſtraf-ſen freyen Geballtt haben, auſgenumen allein des todſſchlags verhandlung, Doch alſo das des ſelben todſchlagers hab und Guett dem Cloſter gantzlichen vorbehalten werde, Nachdem die ding alle mit Babſtlicher, Romiſcher König, vnnd fürſten beſtättung vnnd anderrechtlich wege dem ſelben Cloſter Weltenburg gewerſamb vnnd frey wolbezimpt zw beſytzen: domit ſollches Cloſter füran von kainem geyſtlichem oder weltlichem, was ordens oder weſens der ſey, wider ſo lobliche ſolcher freyhaitt geſatz vnnd verpiettung in vorbemelten ſachen auch in allen ſeinem gefreyttem rechten, aynicherlay betruebung leyde, wir wellen das es gegen ainem yedem mit ſtrengikaytt ſüll gehalten werden, mit vrtayl vnnd mit kayſerlichen geballtt. Welliche perſon Zuegehorige freyhaytt auf guettigkayt der König vnnd furſten dem vorgemeltem Cloſter Weltenburgk gegeben in aynicherlay maſs anſehen oder mit aynt beder Kuenhaytt zerbrächen durſtig wurden, die ſelben werden aller irer freyhaytt zerbrochen der recht wider cur vnnd nichtigtt vnnd ſein Handt abzeſchlagen, vnnd vmb funſczig pſundt gar lawtters goldes der koniglichen Schatzkamer zw Wandll verfallen, Nichtz deſter minder ſull dem Cloſter ſeyn recht vnnd freyhayt gantzlichen behalten ſein. Das aber vnnſer diſe beſtattigung zw ewigen Zeytten veſt vnnd vnzerſtortt beleybe, haben wir diſen Brieff davon ſchreyben laſſen mit anhangendem vnnſerm Sigill geſchafft auch bezaichent mit vnnſer aygen hanndt vnd Zaychen als vnnten erſcheinnt bekreffttigkt mit geſcribenen Zaychenn, *Engelbertus Biſſchoff zw Babenberg Embro Biſchoff zw Wirczburg, Gebhardus Biſchoff zw Aychſtett, Bruno Biſchoff zw Rapte, Graff Gottfrid Pfleger zw Nornberg*, vnd mer vill Herren vnd Edel-

lewt-

lewtte, vnnd Ich *Arnolfus Canzler* anſtatt *Alberti Biſchoff zw Mainz* Erzcanzler hab das bekennt. Im Iahre des Herrens Tauſend hundert vnd viertzick Der Romer Land im dritten jare als regierdt Conradus Romiſcher Konig des Nomens, ſeines Reichs im dritten jar.

Geſchehen zu *Norenbergk* - - -

Monogramma.



Num. V,

Tradicio Eccleſiarum *Rewſsingen* et *Holltzärlannten* Domini *HAERTWICI* Ratisponenſis Epiſcopi. An. 1167.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *HAERTWICUS* Dei gracia *Ratisponenſis* Epiſcopus. Officii noſtri auctoritas nos admonet omni quidem in Eccleſia noſtra vtilitati proſpicere et Saluti, precippue tamen eorum qui Domeſtici ſunt fidei, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. Qua dere omnium Chriſti fidelium vniuerſitati notum facimus, qualiter nos ob premium Salutis eterne obtentu quoque religioſorum Virorum duas Capellas in Epiſcopatu noſtro, quarum vna *Reüſſing*, altera *Hollzärlannten* nuncupatur, fratribus *Welltenburge*

Deo Seruientibus cum omni nos attenenti juſticia ibidem perpetuo permanſura eo tradimus. Vt autem hec Traditio futuris quoque Seculis innoteſcat, et in omni euo inconvulſa permaneat, preſentem inde paginam conſcribi, et Sigilli noſtri inpreſſione inſigniri iuſsimus.

Quia vero a Domino egreſsa eſt hec largicio, ſiquis contra eam ire preſumpſerit, ſi non reſipiſcat, tollatur nomen eius de terra et deleatur de Libro viventium. Interfuerunt autem huic tradicioni Abbas *Albertus* de Sancto *Emmerammo*. Abbas *Erchingerus* de *Reichenbach*. Abbas *Godefridus de prufenyngen*, Abbas *Heinricus de Pyburg*. Abbas *Conradus de Münſter*, *Henricus Abbas* de eodem, *Conradus* Canonicus *de alta Domo*. * *Regil*. Clericus

* Intellige Eccleſiam cathedralem, die *hohe Dom* Kirche.

Num. VI.

Compoſitio Litis circa Decimas, et alia Jura, facta a Conrado Ep. Ratispon. 1220.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *CVNRADVS* dei gratia *Ratisponenſis* Epiſcopus Omnibus in perpetuum Quia labilis hominum memoria ad cuſtodiam actuum hominum laudabilium convenit ſcripture ſubſidio inſtaurari. Innoteſcat igitur tam preſentibus quam futuris preſentem paginam conſpecturis, quod cum *Heinricus decanus de Gecking* coram nobis ductus fuiſſet in cauſam a venerabili Welltenburgenſi Abbate *Wolffranno* ſuper dimidia libra, quam dictus de ſua eccleſia Monaſterio Welltenburg ſoluere tenebatur annuatim in feſto ſancti Stephani Prothomartiris, Et ſuper quibusdam decimis maioribus et minutis, et ſuper ferendis ad eccleſiam,

que

que vvlgo *Kirhtrühte* dicuntur, eodem Abbáte proponente, quod idem decanus in omnibus hiis cum ſuo monaſterio condiuidendis contra ius et antiquam conſuetudinem ea retinendo ſuam grauaret eccleſiam, Decano quoque id negante, tandem causa diligenter diſcuſſa et examinata pro bono pacis ab utraque parte compromiſſum eſt in arbitros, et ſub hoc fine per amicabilem conpoſicionem eſt terminata; Monaſterium Welltenburg habebit de villa *Geckingen* duas partes decimarum tam maiorum quam minorum, nec non de agris curie noſtre ibidem, qui dicuntur *Praytern*, decimam totaliter, et eorum que dicuntur *Kirchrähte* duas partes, Decanus vero predicte penſionis, dimidii videlicet talenti, per tempus vite ſue de gracia Eccleſie Welltenburg habebit LX denarios, reſiduos vero ſoluet monaſterio annuatim, et decimas minutas, quo ad vixerit, ſolus habebit, ipſo vero mortuo ſucceſſores eius omnes et ſinguli preſcriptam penſionem, dimidiam videlicet libram denariorum, totam ſoluent eccleſie Welltenburg in feſto ſancti Stephani perpetualiter, et decimas minutas ſecundum diuiſionem maiorum decimarum, et eorum, que dicuntur *Kirchträhte*, duas partes preterea decimas, quas welltenburgenſis eccleſia haetenus ſine contradictione in eadem Parochia iuſte et quiete poſſedit, ad peticionem venerabilis Abbatis et conuentus in Welltenburg, accedente et conſenſu predicti Decani huic Priuilegio annotari, nec non propter dampnum eccleſie ſepedicte vlterius precauendum, noſtra auctoritate confirmari decreuimus, videlicet de duabus villis, *Vlrain* dictis, duas partes decimarum tam maiorum quam minorum, de villa *Linden* ſimiliter *Trephenawe* et *Werde* ſimiliter *Teyſenhouen* et *Wälhenſpach* ſimiliter *Sicklingen* dimidiam partem per totam villam *Mauren* terciam partem. Actum quoque

 aliud,

aliud, licet propter ſui diuerſitatem alio confirmandum fuiſſet ſcripto, tum qnia vno die ac ſub eiſdem aſſeſſoribus celebratum eſt, huic ſeriei fecimus adiungi in preſencium et futurorum noticiam, quod nos tres manſus in *Stawbingen* reſignatos in manus noſtras a *Karolo Marſcalco noſtro*, qui eis a nobis inbeneficiatus fuerat, donauimus welltenburgenſi Eccleſie cum integritate tocius proprietatis. Ne igitur in poſterum hec aliquo turbentur offendiculo, preſentem inde paginam conſcriptam ſigillo noſtro, etiam ſubnotacione teſtium fecimus inſigniri. Teſtes hii ſunt. *Berhtoldus Abbas S. Emmerammi. Gotefridus maior Prepoſitus. Vlricus de Werde Archidiaconus. Vlricus de Sälath cuſtos et vicedominus. Eberhardus de Abenſperch archidiaconus. Magiſter Hermmanus Archidiacon. Berhtoldus ſancti Magni Prepoſitus.* Laici. *Cunradus de Hohenuels. Karolus Marſcalcus. Gozwinus ad portam. Orliebus gener eius.* Plebeſani de *Göckingen Ekkehardus ſenior* et *Ekkehardus junior Berhtoldus frater Ekkardi. Pertoldus* et *Gotefridus fratres. Gotefridus Camerarius.* hii omnes de *Santhärlanten. Cunradus von der Linden. Berhtoldus de Vlrein. Herrandus de ſuperiori Vlrein. Cunradus villicus de Gekkingen. Berhtoldus* et *filius eius Berhtoldus. Ekehardus Wirſinch. Ekehardus Maſoht. Fridericus, Berhtoldus Vlreinär* et *frater eius Härtwicus. Pertoldus thelonearius.* hii omnes de ſcripto loco, *Rupertus villicus de Staubingen. Heinricus villicus de Welltenburg. Grimoldus, Hoholdus, Heinricus Cocus* et frater eius *Rüdigerus niger. Cunradus Encenſim. Heinricus faber Stoelcel. Rudgerus, Hörpher. Heinricus Reide.* et fratres ſuj *Sifridus Lapicida Heinricus Gunſſär. Heinricus Wincheler* et frater eius *Cunradus Albertus Sai* et frater eius *Fridericus. Geroldus*, et alij quam

plu-

plures. Acta ſunt hec anno incarnacionis domini M CC XX. Indictione VIII. datum *Ratiſpone* XII Kalend. Nouembris.

Num. VII.

Locacio Decime in Kirchdorf et Stegen.
An. 1225.

In nomine Domini. Ego *Wolframus* Dei gracia Abbas in Welltenburg ſignifico omnibus in Chriſto fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Herbordus decanus in Kirhdorff* precibus et Rebus a nobis obtinuit cum uniuerſali conſenſu noſtri conuentus concedi ſibi ad tempus vite ſue, et aliarum trium Perſonarum, quorum nomina ſubnotavimus, decimas de duabus curtilibus *Abbatiſſe de S. Paulo*, unius videlicet in *Kirchdorf*; et alterius in *Stegen*, quarum curtilium duo manipuli ad nos ſpectant, quas illi conceſſimus ad cenſum XXX. denar. annuatim. Nomina Perſonarum hec ſunt, Ipſe decanus *Herbordus*. *Gerdrudis*, *Machtildis*, *Herbordus*. Quecunque vero illarum perſonarum in fata deceſſerit, ad alteram cedant, que ſuperſtes fuerit, et has decimas quiete teneat, predictum cenſum inde perſoluant. preterea ut hec noſtra conceſſio jam dictis perſonis ſtabilis et efficax permaneat, has literas cauſa confirmacionis ſcribi et ſigillo noſtro roborari fecimus. Teſtes. *Hugo*, *Perngerus*, *Arnoldus*, *Meginwardus*, *Cunradus plebanus de Kelhaim Niemo plebanus de Geggingen*. *Eberhardus plebanus de Vmilſtorff*. *Juuenis Eckardus de Harlant*. *Vlricus de Tiernpuch Pertholdus de Vlram* et alii Anno domini MCCXXV.

Num. VIII.

Permutatio Locorum facta cum Ludovico Duce Bavariae An. 1227.

Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, quod *LUDWICUS DUX BAVARIE* quadam die cauſa venacionis venit ad curtile quoddam, quod dicitur *Slaitwiſe*, quem locum conſiderans aptum eſſe caſtro in *Kelhaim* ad venacionem etad armentum, cumque congnouiſſet, proprietatem eiusdem loci et poſſeſſionem ad Monaſterium S. Georgii in *Welltenburg* jure proprietatis attinere; conſilio ſuorum nobilium, qui ſecum aderant, quorum vnum *Wymarum militem de Auegking*, qui tunc familiaris exiſtebat einsdem Ecclesie, per quem et *Perchtoldum eciam de Auegking* impetrauit ab Abbate *Erchengero* eiusdem loci, et conuentu ſuo ſuper eo bene deliberato, cambium fieri inter nos et ipſum Abbatem de ipſa Curia *Slaitwiſe* et noſtra Curia *inperg* ſita, quam tunc Jure proprietatis poſſidebamus, tali racione interpoſita, quod nos de Curia *Inperg* ſingulis annis LX. denar. Ratispon. nobis reſeruatos in ſignum Cambii, et ipſis fratribus reſeruatis ſibi decimalibus caſeis in ſignum predicti cambii. Huius rei teſtes ſunt *Grimoldus Aduocatus eiusdem loci* et *Gotefridus filius ſuus. Wernherus liber de Gielſtorf. Wimarus, Perchtoldus milites de Auegking. Vlricus, Syfridus milites de Schirling. Cunradus Wench. Cunrad. frater ſuus Vmdär Heinric Müetel ciuis de Kelhaim.* et alii quam plures. Acta ſunt hac in *Kelhaim* in die ſancti Marci Ewangeliſte Anno domini MCCXXVII.

Num. IX.

Num. IX.

Locacio Curie Kranholtz. Ao. 1234.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Noverint inſpectores pagine huius quod Dominus Abbas et conventus welltenburgenſis curiam in *Kranholtz* cuidam *Wolfframmo de Ror* et uxori ſue *Adelhaidi* ad tempus vite ipſorum in feodum conceſſerunt, tali videlicet pacto, ut idem Wolffframus, vel uxor eius, annuatim preſate Eccleſie perſolvant ſex ſolidos XXX caſeos. X pullos. centum ova, et Aduocato XL. denarios. Huius Rei teſtes ſunt fratres Eccleſie *Perngerus Presbyter. Arnoldus et Wimarus Presbyteri*, et conuerſi *Eggebertus et Wolfpertus*, et alij de familia *Heinricus Villicus. Rudigerus citharedus. Perluib. Otto. Waltmannus. Cunradus. Schreier. Hainric Kronholtzer* Et Litterati *Heinric*, *Algotus*, et Orthliebus, et alij plures. Acta ſunt hec ſub Domino *Abbate Erkengero* Anno gratie MCCXXXIIII.

Num. X.

Sententia Judicialis de annuo cenſu ab Eccleſia Gmund preſtando. An. 1240.

In nomine Domini amen. *SYFRIDUS* ſola miſeratione divina *Ratisponens*. Epiſcopus, Imperialis aule Cancellarius, vniuerſis chriſti fidelibus preſentem paginam conſpecturis ſalutem in omnium auctore. Quoniam propter infirmam hominum memoriam rite determinata quandoque in obliuionem vergunt, ne id ſubrepat in preſenti negotio, nouerit omnis etas tam preſens quam futura, quod cum *Altertus Abbas*, totusque conventus in *Welltenburg Cunradum plebanum in Chelheim*

heim ordinaria coram nobis auctoritate conveniſſent ſuper eo, quod cum ſingulis annis in feſto Sancti Martini pro duabus partibus decime capelle in *Gemünde* ad eorum Monaſterium ſpectantis talentum Ratisponenſe ipſis nomine Eccleſie ſue perſolvere teneretur, ſicut a longe retroactis temporibus, cuius non extat memoria, dicebant obſervatum, prefatus vero plebanus de novo contra huiusmodi ſolutionem veniens memoratum cenſum ſive penſionem ipſis perſolvere denegabat, vnde petebant dictum plebanum ad ipſius ſolutionem noſtra compelli auctoritate, tandem poſt multiplices hincinde altercaciones inter predictas partes habitas, Idem plebanus ſe nomine Eccleſie ſue predictam penſionem debere memorato Monaſterio in jure publice recognovit, ſed utrum de predictis vel aliis Eccleſia ſua deberet, ignorare ſe dicebat, Quare nos " prudentum " habito virorum conſilio dictum plebanum nomine Eccleſie ſue in ejusdem penſionis condempnavimus in poſterum ſolutione facienda monaſterio memorato. Et ne ipſe vel aliquis ſucceſſorum ſuorum contra decretum noſtre ſentencie venire preſumat, preſentem literam conſcribi de conſenſu partium volumus Sigilli noſtri munimine, nec non Eccleſie noſtre Capituli ipſam roborantes. Teſtes *Heinricus*, *Semann*, *Magiſter Götfridus Archidiaconus*, *Magiſter Marquardus de padua. Heinricus de Lerchemuelld*, *Pertholdus de Oberdorf*, *Hermanus de Wmſpach canonicus*, *Marquardus de Rötingen Heinr. plebanus de Rüſinge*, *Cunrad plebanus de perg*, *Wernherus de Kapkelſperg. Cunradus Hirshüſer* et *frater eius Dietricus*, *Cunradus* et *Albertus de Schambach*, et *Rupertus Servientes plebani in Chelheim*, *Rudgerus Härpher Perluibus*, *Cunradus Piezeler* et alii quam plures. Acta ſunt hec *Ratispone* in maiori Eccleſia Anno domini M. CC. XL. Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Num. XI.

Num. XI.

Locacio Prædii Haſelbach.

Ao. 1252.

In nomine Domini. Que geruntur in tempore, ne ſimul cum tempore labantur, poni ſolent in ſcripture memoria, ut valeant perhennari. Sciant ergo preſentes et ſucceſſiua temporis futura proſperitas. Quod ego *Pruno* dei gracia *Abbas in Welltenburg* cum aſſenſu fratrum noſtrorum predium illud, quod habemus in *Haſelbach*, Jure precario cuidam *Heinrico* et duobus *filiis Heinrico et Vlrico* contulimus libere poſſidendum tali videlicet condicione, ut proinde in feſto Sancti Martini mediam libram et decem denarios nobis perſoluant, hoc adiecto, quod qui cultor de predictis in ſupradicto predio extiterit, ſi cenſum tempore ſibi ſtatuto non preſentauerint, transactis poſtmodum quatuordecim diebus Jure ſuo priuetur, et uſu deinceps ipſius predii careat; idipſum de ſucceſſoribus aliorum fratrum per negligenciam judicantes, ut autem hec rata, et inconuulſa permaneant, Sigilli noſtri munimine preſens ſcriptum cum ſubſcriptis teſtibus roborauimus. Huius rei teſtes ſunt *Dominus Abbas de Malarſtorf* et Capellanus ſuus. *Rudolfus*, Conventus de Welltenburg, videlicet *Arnoldus Cellerarius*, *Eberhardus*, *Orthliebus*, *Presbyteri Bertholdus diaconus*. *Heinric Subdiaconus*, et alii quam plures. Acta ſunt hec in *Welltenburg* Anno Domini M CC LII. quinto Kal. Januarij.

Num. XII.

Predium Grueb datur ad Vitalitium.

Ao. 1259.

In Chriſti nomine amen. *Fridericus* miſeratione diuina Abbas et Conuentus in *Welltenburg* omnibus in perpetuum. Ne abducat error aut obliuio, prouidencia diſctetorum ſua facta ſolet literis ac teſtibus perhennare. Proinde nouerint univerſi quod *Vlricus* colonus noſter *de Grueb*, tam ſibi, quam ſuis prouidere volens heredibus a nobis petiuit cum inſtancia, ut predictum beneficium noſtrum *Grueb* eidem vellemus ac tribus filiis eiusdem *Cunrado*, *Heinrico*, et *Rudigero* conferre quoad eorundem quatuor vite terminum, ita tamen, quod dicte nobis quatuor perſone annuatim de ipſo beneficio cenſum conſuetum videlicet. V. ſolidorum perſoluerent. Nos ergo communicato ſuper hoc conuentus noſtri conſilio peticionem eiusmodi admiſimus, predictis quatuor perſonis beneficium prenominatum Grueb ſub tali forma conferentes, quod annuatim de ipſo beneficio cenſum quinque ſolidorum, triginta videlicet denarios in feſto ſancti Georgii, et dimidium talentum in feſto Sancti Martini nobis perſoluere non obmittant, tali pena interiecta, quod ſi quo neglexerint anno memoratum ſoluere cenſum diebus ſupraſcriptis, dum eoſdem legittimá non excuſet neceſſitas, vacabit nobis ex tunc predictum beneficium. In cuius rei evidenciam et robur preſentem paginam inde conſcriptam et noſtrorum appenſione ſigillorum communitam dictis quatuor perſonis aſſignauimus. Hujus rei teſtes ſunt *Perngerus Senior*. *Arnoldus Cellerarius*. *Heinricus de Sierpach*. *Ortliebus*. *Perhtoldus cuſtos Eccleſie Erkebertus conuerſus*. *Rudige-*

digerus, *Albertus*, *Waltherus*, *Scolares Rudigerus Herpher Prepoſitus. Heinric officialis noſter. Heinricus Haller. Heinricus de Inningencurad. Villicus de Giebſtorf*, *Vlricus villicus de Haſelbach. Vlricus ſororius eiusdem Curadus fratruelis* ipſius et alii quam plures Actum anno Domini MCCLVIIII.

Num. XIII.

Locacio Curie in Aymuſſe.

Ao. 1263.

In nomine domini Amen. Nos *Bruno* dei gracia Abbas in *Welltenburg*, totusque conuentus ibidem, vniuerſis inſpecturis preſentia declaramus, quod nos ad inſtantiam domini w. (*) Venerabilis *Abbatis de Prüuenyngen* curiam noſtram in *Aymuſſe* contulimus *Euſemie uxori Rudgeri* de ipſa villa pro termino vite ſue, ſine cuiusſibet cenſus ſolucione libere poſſidendam, eo utique iure, quo ipſam ſupradictus *Rudgerus* a ſuis progenitoribus per ſucceſſionem tenuit uſque modo, tali videlicet reconpenſacione intercedente, quod ager trium iugerum eiusdem Rudgeri agris curie noſtre ſupradicte contiguus, quem nobis et monaſterio noſtro pro ineundo contractu ſupradicto cenſum exinde. V. denariorum annuatim in die Sancti Georgii ſoluturus tradidit, ad nos poſt ſupradictarum duarum perſonarum obitum una cum ipſa curia abſque quorumlibet heredum ſuorum impeticione tam integraliter quam libere reuertatur. Ob cuius contractus fidem et euidenciam preſentem inde cartam conſcriptam Sigillorum noſtrorum appenſione ſubnotatis teſtibus duximus roborandam. Teſtes *Heinricus*

(*) Wernherus L.

ricus prior. Arnoldus Cellerarius. Perhtoldus de Harlannth. Liupoldus Heinricus Härpfer. Albertus, fratres de Clauſtro. Rudgerus Härpfer Cunradus villicus de Gibſtorf. Heinricus de Stawbinge Rupertus cotus. P*erhtoldus ſerui Abbatis.* Datum *Welltenburg* Anno domini M CC ſexageſimo tercio Martini Epiſcopi.

Num. XIV.

Locacio Predii Irſingen

In nomine Domini Amen. Nos *Bruno* Dei gratia Abbas in *Welltenhurg*, totus ibidem conuentus, preſentium tenore omnibus Chriſti fidelibns hanc cartam inſpecturis innoteſcendum duximus et declarandum, quod nos videlicet ad inſtanciam et peticionem proborum virorum predium eccleſie noſtre in *Irnſing* ſitum contulimus cuidam *Heinrico* ibidem ad Terminum vite ipſius libere poſſidendum. Tali interpoſita condicione, quod idem Heinric in vigilia vel in die Sancti Egidij Eccleſie noſtre LX. denarios Ratisp. monete perſoluere non obmittat. Quod ſi non fecerit, jus ſuum amittet. Eodem vero Heinrico de medio ſublato idem predium nobis libere incipiet vacare. Ad maiorem igitur huius rei confirmationem preſentem inde paginam conſcriptam noſtri appenſione ſigilli ſubnotatis teſtibus duximus roborandam. Teſtes *Heinricus Cuſtos. Arnoldus Cellerarius. Perhtoldus, Luipoldus, Sacerdotes*, Heinricus *Albertus.* Diaconi *Rudigerus Herphär.*

Num. XV.

Locacio predii Walhiſtorf.

Ao. 1267.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. *Bruno* diuine pietatis prouidencia Welltenburgenſis Eccleſie Abbas, totusque eiusdem loci conuentus, omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt vita vivencium, ſolamen quoque defunctorum. Ne quid de geſtis mortalium abducat error aut obliuio, prouidencia diſcretorum ſolet ea ſigillatis apicibus perhennare. Nouerint igitur vniuerſi in Chriſtum confidentes tam preſentes quam futuri, quod nos conſilio vniuerſali nec non noſtrorum confratrum conſenſu quandam curiam ſitam in *Walharſtorf* quibusdam perſonis *Heinrico* ſcilicet eiusdem loci villico, et *Heinrico filio* ſuo ſeniori, quo ad ipſarum duarum perſonarum viuere tali condictione contulimus perfruendam, ut eedem due perſone, ſeu vna ipſarum, ſi altera obierit, Heinric videlicet villicus, vna cum filio ſuo Heinrico, ſeniori ſingulis annis duos modios ſiliginis et duos auene XXX denar. X que caſeorum formellas, centenam quoque ouorum et IIII. pullos nobis conferant in uſus Eccleſie reddituros uel reddituras, ſi autem prenominata curia aliquo grandine ſiue annorum uel terrarum ſterilitate depranabitur, quod cenſum quem ſupra ſcripſimus nobis miniſtrare nequiuerint, ſecundum quod tunc iuris racio virorum expoſtulat diſcretorum, precibus ipſorum in quantum poſſumus, obediemus. Ne autem iſta aliquo dubio ſeu obliuione conmendentur, preſentem cedulam ſuperſcriptione teſtium nec non noſtrorum ſigillorum impreſſione firmiter ac diſtricte precepimus conmuniri. Teſtes

autem ſunt hii ſacerdotes *Arnoldus prior. Heinric cuſtos. Heinric Härpher. Härtwicus dyaconus.* Hii vero Laici *Heinric villicus. Heinric filius ejus ſenior. Cunrat villicus de Oberrorer. Cunrat mercator de ſeſthal. Vlricus faber. Cunrat Angermair. Albertus de Peuckaim. Hertwicus de Linzaim. Fridericus de Lintzhaim. Heinric de Madelkaim. Cunrat Pizel.* Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis M CC LX ſeptimo XII Kalend. Martij indictione tali.

Num. XVI.

Locacio Curie et Molendini Teiſenhoven.

Ao. 1277.

In Nomine domini Amen. *Cunradus* dei gracia Abbas et Conuentus in *Welltenburg* ſalutem preſencium inſpecturis vniuerſis. Litis occaſio, que ſolet ex obliuione uel inuidia prouenire, per hoc maxime coartatur, ſi ſcripti teſtimonio roboratur. Ea propter tenore preſencium cunctis volumus intimari, nos curiam et molendinum Eccleſie noſtre ſita in *Teiſenhouen Cunrado Planchoni* et *friderico generi ſuo* per annos nouem taliter contuliſſe, quod nobis ſex annis immediate iam nunc ſequentibus vnoquolibet anno duas ſcaffas filiginis, et item tribus annis iam dictos annos immediate ſequentibus vno quolibet anno tres ſcaffas filiginis inde ſoluant, ſe tamen per eosdem annos nullius perturbacione grauaminis huic ſolucioni aliqualiter opponente primis eciam duobus annis iam nunc ſuccedentibus LX. caſeos perſoluentes, debent eciam per ipſos edificia curie ſimiliter et molendini remoueri ad areas meliores, prout Eccleſie noſtre videbitur expedire, tenebuntur quoque

nus

ius aduocatitium his nouem annis ſoluere ſine lite, nobis omne frumentum noſtrum conuertentes ſine remuneratione qualibet in farinam, Inſuper conpletis eisdem annis aſſignabunt nobis curiam cum molendino ambo bene diſpoſita cum edificiis conpetentibus et honeſtis, prout a colonis qui *freyſäſsen* a wlgo dicuntur, ex parte curie & a molendinatoribus ex parte molendini fuerit rectius eſtimatum, fuit inſuper hoc adiectum, vt curiam, que *Mumeſteminne* fuiſſe dicitur, per expreſſos annos teneant, condictione tali quatenus inde nobis mediam partem culture per annos ſingulos aminiſtrent, Addito quod pars parti que declinauerit ab hoc ſcripto, & irritum fecerit hunc contractum, debet omne dampnum, quod inde receperit, reſarcire, Quod ſi medio vnus eorum dies conpleuerit huius vite, alter ipſorum conplere tenebitur antedicta. Si vero, quod abſit, ambo mortis debito ſubiacuerint infra terminum prenominatum, heredes eorum ſupplere debent omne, quod ſuperius eſt expreſſum. Sed hoc factum noſtrum ne poſſit in obliuionem uel per inuidiam aliquomode deprauari, preſentem cedulam appenſione noſtrorum ſigillorum & *domini Heinrici de Oetlingen* tunc *Judicis in Vohburg* tam ipſis quam nobis roborauimus ad cautelam, preſentibus poſt novem annis iam nunc inmediate ſequentibus minime valituris. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus Prior. Eberhardus Epiſcopus. Liupoldus, Rudigerus, Heinric Otto, Sacerdotes & Monachi Eccleſie noſtre. Fridericus prouiſor de Geckingen. Berhtoldus Scolaſticus Ecclesie Biburgenſis.* Layci vero *Heinric de Otlingen. Vlricus notarius eiusdem. Cunradus Treſſenawer. Albertus Vlraimer. Perhtoldus frater ſuus. Eckardus Sigklinger. Eyringus Cunrad. frater ſuus Albertus. frater Planchonis Cunradus Preco de Altorf Vlric frater ſuus. Cunradus Kolb* et Alii quam plures.

res. Acta ſunt hec anno Domini M CC LXXVII. Indictione quinta aput *nouam Ciuitatem*.

Num. XVII.

Permutatio Præſtationum in Pewrn et Pulach.
Ao. 1278.

Nos *fridericus* Dei gracia *monaſterienſis Abbas* una cum vniuerſitate conuentus noſtri preſencium tenore ſingulis declaramus, quod cnm eccleſia de Welltenburg haberet tres ſolidos Ratisp. annuatim de quadam curia ſita in *Pulach*, que attinet *domine Alheidi nobili femine de inferiori Werd*, et *liberis ſuis* videlicet *Hugoni et Irngardi ſorori ſue* et ipſa domina cum predictis liberis ſuis verſa vice de quadam huba in *Pewrn* ſita, ſupradicte Eccleſie in Welltenburg attinente, eciam haberet omni anno vnum modium ſilliginis, et unum modium auene, et LX denar. et manuteneret libere inſtitucionem et deſtitucionem eiusdem Hube hereditario Jure; nos habito honeſtorum utriusque partis conſilio, accedente eciam conſenſu venerabilis Abbatis et conuentus ſui ſimiliter et predicte domine cum ipſis liberis ordinauimus ut ipſe Dominus Abbas Welltenburgenſis et Eccleſia ſua remitteret tres ſolidos, quos hactenus habuit de curia ſupradicta, et eciam prefata domina cum ſuis pueris omni juri videlicet in huba *Pewrn*, quod habere videbatur, plenarie renuntiaret verumque ex peticione et conſenſu utriusque partis ſeriem talis concambii ſincere contraximus, volumus ut deinceps in perpetuum a nullo valeat irritari aut infringi Ideo ſigillorum noſtrorum fecimus robore communiri. Huius rei teſtes ſunt *Heinric quondam Abbas Monaſterii huius Prior noſter Albertus Cellerarius noſter. Heinricus*

prior

prior de Welltenburg Eberhardus, *Leupoldus*, *Rudigerus*, Sacerdotes. *Härtwicus*, *Rudigerus*, *Cunradus*, *Pizelär Johannes et Vlricus filii Pizlarii*. *Albertus Vlraner Eberhardus dictus Sigklinger*, *Cunradus Pläncke! Cunradus Huber* et alii quamplures. Acta ſunt hec Anno Domini M CCLXXVIII.

Num. XVIII.

Venditio cum Pacto reluitionis. An. 1283.

In Nomine domini Amen. Nos *Cunradus* Dei gracia Abbas totusque conuentus Monaſterii S. Georgii in *Welltenburg*, vniuerſis preſentes literas inſpecturis cupimus eſſe notum, quod cum apud Judeos Ratispone veſtes ſacre propter decimam Domini Pape eſſent iam diucius obligate, & vorago vſure ipſa pignora vellet omnimodis abſorbere. Nos vero maius periculum precauere volentes vnanimi conſilio & conſenſu omnium, qui poterant & debebant comode intereſſe, quoddam prediolum ante nemus in *Aurbach inferiori* ſitum, cauſa ſolucionis eorundem pignorum & fideiuſſorum, qui vnacum ipſo pignore aput Judeos fuerunt obligati, pura vendicione vendidimus Eccleſie Sancti Emmerammi pro duobus talentis Ratisponenſ. monete, hac condicione taliter intercluſa, quatenus nos & monaſterium noſtrum poſt triennium, quandocunque nobis uel ſucceſſoribus noſtris ſe ad id obtulerit facultas, ſupradictum prediolum pro conſimili pecunia habeamus facultatem liberam reemendi. In cuius rei teſtimonium preſens Priuilegium inde conſcriptum ſigillis domini *Wernheri* venerabilis Abbatis & conuentus Eccleſie ſancti Emmerammi ac noſtris digne duximus roborandum. Huius autem facti teſtes ſunt *Rudigerus Prior*, *Leupoldus*, *Herwicus*, *Eberhardus*, *fratres eccleſie noſtre*.

ſtre. Laici vero *Heinricus piſtor. Vlricus fratruelis ſuus. Liebhardus Zott. Vlricus Tanner. Dietricus de Inning. Cunradus Pixler. Ebo Hartwicus, Arnoldus* ſeruientes Eccleſie S. Emmerammi *Albertus de Erling*, & alii quam plures qui huic cauſe inter fuerunt. Acta ſunt hec anno domini M CC LXXXIIII. in die Beati Ambroſii Epiſcopi & Confeſſoris.

Num. XIX.

Concambium Predii Aygelſpach. Ao. 1290.

H*ainricus* miſeratione Dei Abbas, totúsque Conuentus in *Welltenburg*, ſalutem preſencium inſpectoribus. Vniuerſis factis noſtris occaſione durabilitatis ſcripture ſubſidium apponentes, cunctis volumus intimari, duos fratres *Hainricum* videlicet & *Cunradum* cognominatos *Eyring* Allodium ſuum, quod habebant in *Aigelſpach* ſoluens annuatim Geiſenueldenſis menſure quatuor metretas papaueris, abdicacione proprietatis facta ſolempniter & expreſſe occaſione concambii pro predio cuſtodie noſtre *Peccenhouen* ſito, quod ipſis & heredibus eorum iam nunc abſolute contulimus & tradidimus e conuerſo, nobis ad manus noſtras & in uſus Eccleſie noſtre preter cauillacionem quamlibet obtuliſſe. Fuit autem a iam dictis Germanis in accione concambii ſub certitudine publice compromiſſum, quod omnem defectum, qui poſt hec tempore procedenti poteſt nobis in ipſis quatuor metretis papaueris ex incomodo grandinis, aut vredinis, aut alicuius alterius infortunii prouenire, nobis & noſtro Monaſterio pretendiculo quolibet amputato reſarcire debeant & ſupplere. Pro exceſſu vero quo potioris valoris predictorum fuit Allodium germanorum, nos hubam noſtram ſitam *Gotzoltshuſen*, ſoluentem pro

cenſu

cenſu quinque ſolidos denarior. Ratisponens. conſangwinei eorum *Walthero Kunegundi* videlicet & *Gedruti* ſororibus eius villanis itidem jure precario contulimus, ac qualitatis copula mediante, quod ad cuſtodiam noſtram viginti ſex denarios expreſſe monete ſingulis annis in die feſto beati Martini Pontificis inde ſoluant, prout collatum ſibi ius velint & diligant obtinere, nam ſecus facientes, in craſtino dicti feſti penitus ab omni iam collata ſibi gracia pro negligencia ſeu contumacia ceciderunt, ac ipſa huba tunc a poſſidencium manibus elabetur, & ad Eccleſie noſtre dominium reuertetur, quod eciam fiet cum tres eedem Perſone nuperrime nominate dies clauſerint huius vite, nullo ſuperſtite ſibi quidquam juris in ea penitus uſurpante. Cuius rei firmitudo per appenſionem noſtrorum Sigillorum factam preſenti pagine conprobetur. Teſtes ſunt *Rüdiger Prior Herwicus*, *Rudigerus*, *Hainricus*, Sacerdotes Eccleſie noſtre. Laici vero *Heinricus & Eckardus* de *Geckingen*, *Cun[illegible]us Pizlär*. *Hartwicus* ſerui noſtri *Leo de Vohburg*. *Cunradus coriarius*. *Pertholdus theloneator Marquardus Inſtitor*. *Herbordus Pontifex* & alii quam plures. Actum & datum Anno Domini M CC nonageſimo circa feſtum Palmarum.

Num. XX.

Arbitramentum Epiſcopale de Decimis in variis Locis, Monaſterio adiudicatis Ao. 1291.

Nos *HEINRICVS* Dei gracia *Ratisponenſis* Eccleſie Epiſcopus Uniuerſis preſentem literam inſpecturis cupimus eſſe notum, quod cum inter dilectum in Chriſto *Heinricum* venerabilem Abbatem in *Welltenburg*, et Eccleſiam ſuam ex parte

te vna, nec non dilectum confratrem noſtrum *Sifridum* rectorem Ecclesie in *Gecking* ex altera, ſuper annua ſolucione minutarum decimarum, et quibusdam oblacionibus, que *Kirchräht* vulgariter appellantur, de ipſa Parachia predicte Welltenburgenſi Ecclesie annis ſingulis ſoluendarum, orta eſſet materia queſtionis; nos deliberacione congrua precedente perſpecto Priuilegio ſaluo per omnia, quod venerabilis pater et Dominus *CUNRADUS* (*) anteceſſor noſter bone memorie eidem Welltenburgenſi Ecclesie iam dudum ſuper confirmacione earundem decimarum ac oblacionum tradiderat, ſicut in eodem plenius eſt expreſſum, ex virtute conpromiſſi a predictis partibus in nos facti taliter duximus de conſenſu partium & ſapientum conſilio arbitrandum, quod pro tempore regiminis dicti *Sifridi* tantum, & non ultra, predicta Ecclesia *Geckingen* prefatas decimas & oblationes debeat integraliter recipere & tenere, ſi quando vero eundem *Sifridum* cedere uel decedere contigerit, uel ſtatum ſuum quomodolibet aliter inmutare, ſepedictarum decimarum minutarum & oblationum, videlicet *Kirchrêcht*, ſolucio ex tunc ad eccleſiam Welltenburg iuxta diuiſionem maiorum decimarum de omnibus willis & poſſeſſionibus predicte Parochie *Gecking*, in quibus per Abbates eiusdem Ecclesie Welltenburgenſis ipſe maiores decime hactenus recipi conſueuerunt, ſine contradictione qualibet perpetuo pertinebunt, ſunt autem hee ville de duabus villis *Vlrein* dictis duas partes, de villa *Linden*, *Trephanaw* ſeu *noua ciuitate* et *Werd* ſimiliter duas partes de *Teyſenhouen* Molendino et *Wälſenpach* ſimiliter duas patres de *Sigkling* dimidiam partem per totam villam, et de villa *Mauren* terciam partem. In cuius rei teſtimonium preſentem literam duximus

ſigilli

(*) Seu, *CUNO*. Vid. N. III. hujus Diplomatarii.

ſigilli noſtri robore communiri. Datum *Ratiſpone* Anno Domini M·CC nonageſimo primo in die Sancti Mathie Apoſtoli.

Num. XXI.

Traditio Eccleſie Stawbing cum inofficiatione & donatione Inſule & Silve Artzperg tum Purckſtallo montis Ao. 1291.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia *Ratiſponenſis* Eccleſie Epiſcopus Uniuerſis preſentem literam inſpecturis cupimus eſſe notum, quod pro eterne beatitudinis premio capiendo volentes libenter res temporales nobis creditas pro ſuſtentatione pauperum Religioſorum impendere pro viribus et pro poſſe, Parochialem Eccleſiam in *Stawbingen* noſtre Dyoeceſis, que ad collationem noſtram ex jure Patronatus ab antiquis temporibus pertinuit, uſque modo Eccleſie conventuali in *Welltenburg* Ordinis Sancti Benedicti, et ſpecialiter propter merita venerabilis viri *Heinrici Abbatis*, qui nunc eiusdem Eccleſie gubernacula moderatur, donavimus, tradidimus, et aſſignavimus proprietatis tytulo perpetuo libere & pacifice poſſidendam, totius Capituli noſtri beneplacito & conſenſu conmuniter accedente, cum omnibus ſuis attinenciis cultis & incultis, queſitis & inquirendis, quocunque nomine cenſeantur, ſalvis nobis ſemper Juribus kathetratici, collectarum, Procurationum papalium, Decimarum, & omnium aliarum conſuetudinum, quibus ipſam Parochiam eſſe volumus oneratam,

Hanc etiam adjecimus ipſi Eccleſie gratiam ſpecialem, quod inoffieiationem Eccleſie *Stawbingenſis* predicte per Sacerdotem & Monachum ſui conventus, quem Abbas ad hoc conſtituerit, fieri procurabunt, que quidem inofficiatio ſimili-

ter ad Eccleſiam ipſam Welltenburg perpetuo pertinebit, Inſuper Inſulam, que *werd* vvlgariter appellatur, contiguam ville *Stawbingenſi* donationi annectimus ſupradicte, ſilvam quoque in monte *Artzberg* ſupra clauſtrum ſito, & omnes ſructus de *Purckſtallo* ipſius montis aput Welltenburg, quos inde colligere potuerint, ad nos a progenitoribus noſtris *comitibus de ROTENECK* jure hereditario devoluta cum totius juris plenitudine, qua idem progenitores noſtri eadem noſcuntur á priſcis temporibus poſſediſſe, donauimus libere monaſterio prenotato, excepta tamen proprietate ipſius *purckſtalli*, quam expreſſe quoad fundum nobis & noſtre Eccleſie reſervamus. Renunctiamus itaque omnibus ſupradictis ſimpliciter & preciſe omni actioni & juri que nobis & Eccleſie competebant, vel competere videbantur, decernentes ex nunc irritum & inane, quidquit contra liberalem donationem omnium premiſſorum poſſemus vel preſumeremus per nos vel ſucceſſores noſtros, aut capitulum noſtrum in futuris temporibus attenptare. *In cujus rei* teſtimonium preſentem literam ſcribi fecimus Sigillorum, noſtri videlicet, et Capituli noſtri ſupradicti robore communitam. Datum *Ratiſpone* Anno Dni. Milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo in die Sancti Mathie apoſtoli.

Num. XXII.

Permutatio Agrorum pro Vineis. Staubſacker.
Ao. 1291.

Nos *LUDWICUS* Dei gratia *Palatinus Reni Dux Bavarie* notum facimus preſentium inſpectoribus vniverſis, quod cum Dominus. n. (*) venerabilis Abbas & conuentus monaſterii in *Welltenburg* ordinis ſancti Benedicti Ratisponens. dyoeceſis quoſ-

quoſdam agros in *Säligenſtatt* nobis pro nobis & heredibus noſtris dederint, tradiderint, & ex cauſa permutationis pleno jure dominii tranſtulerint, in reſtaurum ſiue concambium eorundem bonorum ipſis Abbati & conuentui ſiue monaſterio in Welltenburg vineam noſtram in *Staubſacker* cum attinenciis ſuis dedimus & damus, tradidimus & tradimus ipſam vineam cum predictis conttinenciis ſuis in memoratum Ahbatem & Monaſterium in Welltenburg ſimiliter pleno jure proprietatis perpetuo poſſidendum. In cuius Rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum *Ratiſpone* Anno Domini M CC nonageſimo primo VI. Kal. Martii.

(*) Heinricus.

Num. XXIII.

Licentia de contrahendis Matrimoniis inter Subditos Monaſteriorum Reichenbach & Weltenburg.

An. 1293.

Sicut funis multipliciter conſertus maiorem recipit firmitatem, ſic amicorum fauorabilis applauſus quanto magis ſe connectit, efficacius ad queque obuia premunitur. Nos igitur *Wernherus* & *Gerungus* dei gracia Abates Monaſteriorum in *Reichenbach* & in *Welltenburg* tenore preſencium notum fieri cupimus Vniuerſis, hanc inter nos communi vtrinsque Monaſterii conventus accedente conſenſu ordinacionem factam eſſe & ſigillorum noſtrorum munimine roboratam, videlicet ut homines noſtris Eccleſiis Homagii Jure ſeu debito ſeruitutis obnoxii libere poſſint, & nullam timentes dominorum ſuorum offenſam, valeant inter ſe matrimonii contrahere conſortium atque coniugii vnitatem, Huius quoque condicionis eſt adiectum

tum moderamen, quod pueris eorundem equali ſorte diuiſis utrique eccleſie ſuum ius illeſum per omnia conſeruetur. Acta ſunt hec Anno Domini M CC LXXXXIII. in die Inuencionis ſancte crucis.

Num. XXIV.

Conceſſio Novalium in Parochia Gecking.

An. 1298.

Nos *CUNRADUS* Dei gratia Epiſcopus Eccleſie *Ratiſponenſis* conſtare volumus Vniuerſis preſencia inſpecturis, quod conſiderata multiplici obſequioſa devocione, quam venerabilis Abbas & Conventus in *Welltenburg* ad nos & Eccleſiam noſtram Ratisponenſem ſemper habuit & adhuc habet, Eidem, ſuóque Monaſterio, quo ad tempora noſtri Regiminis, omnes Proventus ſeu obvenciones decimarum Novalium, tam Runcatarum quam in poſterum Runcandarum, per totam parochiam *Gecking*, quas quondam a nobis *Plankcho civis de nova civitate* tenuit, & nobis libere reſignavit, conceſſimus & locavimus ſub cenſum duodecim denariorum Ratisp. in feſto Sancti Michaelis nobis, ſeu Vicedomino noſtro, in ſignum directi Dominii exinde annis ſingulis ſolvendorum. In cuius conceſſionis ſeu locationis teſtimonium preſentes dedimus literas noſtri ſigilli munimine roboratas. Datum *Ratiſpone* anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, quarta feria infra octavam Aſſumptionis Virginis Glorioſe.

Num. XXV.

Renuntiatio decimarum An. 1300.

ICH *Cunrad der müller zu Gercking* vnd ich *Hopfertantel*, der Sneyder, vnnſer Hauſsfrawn, vnd alle vnſer erben, vnd die des *völckleins* hauſsfraw, dem Got gnäd, vnd ir erben, wir alle veriehen offenlich an diſem brief allen den in Sehen oder hörent leſen, das wir auf den Zehent, den wir von dem gotshaus zu Welltenburg Inn gehabt haben, der gelegen iſt zu *dirnpach*, beſuchten vnd vnbeſuchten, wir ſelb vnd vnnſer erben fürbaſs nicht zu Sprechen Sullen haben, noch zu klagen, weder mit gaiſtlichem, oder werltlichen rechten, vnd Süllen auch den egenanten Zehent dem obgeschriben Gotshaus laſſen liegen on genad für ain ledigs gut, als gewönlich vnd Sitlich iſt. das es alles Stätt, vnd vnzubrochen beleib, geben wir den offt genannten Gotshaus zu Welltenburg diſen brief verſigelten mit des erbergen mannes Insigel *Otten des Calſperger richter zu abensperg*, der das durch vnnſer bet willen doran gelegt hat, Im on Schaden, vnd verbinden vns dor vnter mit vnnſern trewen, allas das ſtätt zu hallden, das vor an dem brief geſchriben iſt. Der brief iſt geschriben vnd gegeben, do man zalt von Criſts gepürt drewtzehen hundert iar an vnnſer frawen tag, als Si verschied.

Num. XXVI.

Renuntiatio feudi. Ao. 1306.

Ich *Dietrich von Wildenſtain*, vnd *Hainrich mein Bruder*, tun kunt vnd verichen allen, die dieſen brief ſehent oder hören leſen, das wir mit dem guten vnſers andechtigen Hertzen

zen willen ſand Jörgen dem Abte vnd dem conuent zu Welltenburg aufgeben freilichen zu rechtem aigen was vnſer frewnt *Dietrich von Etzenberg* guts von vns ze lehen hett vber all zu *Puch*, vnd verzeihen vns mit ſamt vnſern erben fürbaſer des ſelben guts lehenſchaft durslacht iglichen durch vnſer ſelber und vnſer vodern ſel willen gäntzlichen in allen dingen, ſam ob wir es vor nye leihen ſollten, vnd das ſelb Gut vnd die Lehenſchaft von vns vnd vnſern erben fürbaſer von ſand Jörgen, von dem Abt, und von dem convennt zu Welltenburg, der nu da iſt, oder nachkunftig wirt, beleibe vnangeſprochen. geben wir in diſen brief verſigelt vnter vnſern beiden Inſigeln zu ainer feſtenunge, des ſind Zeugen *Herr Niclas der Geſell zu kelhaim. Herr Vlrich von Auecking. Vlrich Mairhouer. Conrad von Eichenhouen. Conrad vahär. Heinrich Wench*, vnd ander biderle Lewt. Der brief iſt geben nach vnſers Herrn gepürd über drewzehen hundert iar, vnd dornach in dem ſechſten iar, an dem ſunntag Judica me Deus.

Num. XXVII.

Locacio predioli Aurbach. An. 1311.

WIr *Abbt Meinhart von Welltenburg* mit Sambt vnnſer Samnung. wir tun kunt alle den di diſen brief ſehent, hörent, oder leſent, Das wir mit ainen gemainen rat *frawn Kungunden, herrn perngers hausſrawn von Aurbach*, vnd irem Sun *Cunradn*, vnd *Irem Enenckeln*, vnnſer aigen, das wir habn datz *nidern Aurbach*, beſucht und vnbeſücht, verlihen habn, zu einem leibting denſelbn vorgenantn dreyn Leibn, mit ſo taner beſcheidenheit, das man vnnſerm Gotshaus alle

iar

nutzung ſodann in obgenanter Zeit zwiſchen Weihnachten gefallen von des vorgenanten Cloſter güttern vnd beſunder auch dorzu die drew pfennwert ſemel von dem *Packmair* von vergangen Zeit nach abgangk des obgenanten *Peuckhaimer* zu vnſern handen vnd vor nicht, beſunder ſo ſollt vns dann füran alle nutzung der zins vnd güllt der gütter in leibtings weiſs, ſo dann vorbegriffen vnd gemellt iſt, herauf vnſer beder leib lebtag volgen, vnd zu ſten, wir wärn auch alsdann von in vnd irem Gotshaus ledig vmb all nutzung von dem obgenanten irem *Munchhoff*, die wir innbehalten vnd in noch abgang des egenanten *Peuckhaimer* ger nichts douon gegeben haben. Item vmb die XIIII pfunt Regenſpurger pfenning, ſo der egenant *Peuckhaimer* dem obgenanten Gotſhaus geſchafft hat, Auch vmb ſolh ſchäden, ſo der Abte, conuent, vnd das Cloſter zu Welltenburg mit auſsligen vnd mangeln irer güllt von ſolhem irem gut vnd ſüſt vnter den ſachen ſchädhaft worden ſint, vnd vmb all ander Zuſprüch vnd vordrung von der ſach wegen, vns hat auch der Abte vnd ſein conuent geben herauf vier ſchaff Korn ab ſeinen Kaſten zu Welltenburg, Giengen wir aber dem allen alſo nicht nach, vnd tätten dem Abte, conuent, vnd Cloſter ſouil nicht, als hie oben geſchriben ſtet, Alſdann mügen ſi ſich von irem gutt ſolcher gefallen nutzung zwiſchen Weihnachten vnd irer vordrung hie uor gemellt vnderſten vnd hallten mit ſambt allem des obgenanten Cloſter gute zue vnd bei *Peuckhaim*, wie und was das alles iſt, furbaſer domit zu tun vnd zu laſſen haben, als mit andern irem aigen ledigen gut, wie ſie verluſt doran vngeengt vnd vngeirrt ſunder vngewaigert vnd on Zuſpruch aller ſachen von vns vnd menigklichen von vnſern wegen, des alles zu vrkund geben ich *Jörg Hawt*, vnd *Elſpett* ſein hauſsfraw

fraw den brief der geſchriben ſachen zu ainer Gezeugnuſs beſigelten mit meinem obgenanten *Jorgen Hawt* aigen Inſigel vnd mit der obgenanten *Gebharden Judman zue Auegking*, vnd *Kriſtan Kerſtorffer Brobſtrichter in der Brobſtei zu Sall*, anhangenden Inſigelen, die wir dorumb vleiſsig gebetten, vnd vns dorunter verbunden haben, In vnd iren erben on ſchaden, für vns, alle vnſer erben, nachkomen, vnd ſüſt meniglichen von vnſern wegen ſtät zu halden mit guten vnſer trewen on all wider red, was doran geſchriben vnd begriffen iſt. Dieweil auch der brief beſigelt iſt mit der Inſigel ainen oder mer, ſo ſol er gut vnd vnuerſprochen ſein an aller ſtat der geben iſt am Sambtztag nach ſand Jörgen tag des heligen Ritter Do man zalt von Criſti gepurt vierzehen hundert vnd in dem acht vnd viertzigſtem iare.

Num. LXXV.

Emtio Prædii Grelſtorf. An. 1448.

Ich *Cunrat Mittermair von Gielſtorf* mein Hauſsfrawe, vnd all vnnſer erbn Bekennen mit dem brief, das der Erwirdig geiſtlich Her vnd prelat Her *Cunrat* Abt des Cloſters zu Welltenburg vnſere pawrecht vnd all vnnſer Gerechtigkeit, ſo wir haben gehabt auf den zwain höfen vnd güttern zu *Gielſtorf* mit namen *Gielstorf* vnd *Greuthof* von vns kauft hat, vnd vns ſolichs alles vergollten, mit parem gellt, nach vnnſerm benügen, on all vnſer Schaden. &c. zu Vrkund geben wir in den brief, der geschriben Sachen zu ainen gezeugnüſs besigelt mit des Erſamen *Casparn Hofreyter* der zeit *Landrichter zu Kelheim*, anhangendem Inſigel. &c. Diſer ſachen aller ſind Zeugen vnd Teidinger gewesen, der erberg *Anndre* käber

an

an der Zein des obgenannten *Cloſter Richter*, *Lewtel puchmair zu puch* in der Hofmarch zu Welltenburg, mein obgenännter *Mittermair* Bruder. *Vlrich Tätſchenprecht*. *Vlrich Kueslag*. *Friderich Scherhauf*. all drei zu Welltenburg, *friderich prunnawer* peſworner Gerichts Ambtman In des obgenanten Cloſters Hofmarch zu Welltenburg, *Haintz Swaiger* In dem *purckenhart*, vnd mer Lewt der bete vmb das Inſigel ſind Zeugen *Albrecht Ellsendorffer* der gesworn burger ainer des Innern Rate. *Vlrich gruber* des auſſern rate der Statt zu Kelheim. Das iſt geſchehen an pfintztag in den heiligen pfingſtfeirtagen als man zalt von Criſti vnſers lieben herꝛn gepürt viertzehenhundert, dornach in dem acht vnd viertzigſtem Jare.

Num. LXXVI.

Arreſtatio fructuum ob non ſolutum cenſum Ao. 1449.

FRIDERICUS. Dei gracia Epiſcopus *Ratiſponenſis* Uniuerſis & ſingulis Presbyteris & clericis, curatis & non curatis noſtre Ratiſponenſis dioeceſis, qui preſentibus fuerint requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, ſalutem in domino. Vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obedientie precipiendo mandamus, quatenus omnes & ſingulos fructus, redditus & Prouentus de Eccleſia Parochiali in *Kelhaim* obuenientes ac *fridericum Pruckberger*, Rectorem Eiusdem Eccleſie concernentes, apud *Andream Vicarium ſuum* ibidem, & alias vbicunque reperti fuerint, auctoritate noſtra, & ad inſtanciam venerabilis nobis deuoti domini *Cunradi Abbatis* monaſterii in *Welltenburg* propter non ſolucionem cuiusdam annui cenſus de Eccleſia in *Kelhaim* ad predictum Monaſterium in Wellten-

tenburg debiti, arreſtetis, & ponatis eccleſiaſtico ſub areſto, quos nos ſic eciam preſentibus areſtamus, Inhibentes predicto *Andree Vicario*, ac aliis, quorum intereſt, ſub pena excommunicacionis, quam in ipſos ex nunc, prout ex tunc, trium tamen dierum canonica monicione premiſſa, ferimus in hiis ſcriptis, ne prenominato *friderico* fructus, redditus, & Prouentus memoratos ſic arreſtatos miniſtrare, & aſſignare, aut alias quouis modo diſtrahere, uel alienare preſumant, donec preſentis noſtri Arreſti relaxacio. quam nobis ex certa ſciencia ſpecialiter reſeruamus, procedat: alioquin contra temerarios quoslibet & rebelles ad declaracionem dicte noſtre ſententie, ipſorumque denunctiacionem, & alias, prout juſtum fuerit, procedamus, de execucione vero preſentis nos legittime certificetis. Datum *Ratiſpone* die martis penultima menſis Aprilis Anno M CCCCXLVIIII.

Num. LXXVII.

Jus paſcui teſtibus comprobatum. Ao. 1449.

Anno domini M. CCCC quadrageſimo nono Sabbato ante Achacii. Iſt ain Kuntſchafft ergangen zue *Säligenperg* ettlichs tails von des Hoffs wegen daſelbs, den yetzo pawet *Mertl Scheuhenpflug*, gegen den Burgern vnd gemain ze *Rör*, als von viechtriſtz wegen durch die hernachbenanten, mit namen *Heinric Mainſperger*, genant *Pogner zu Mainſperg*, *auf der ainat*, *frideric Lindner zu Arnhouen*, n. *Krüger zu Abenſperg*, *Erl Herzog*, *Cunrad Mair zu der heiligen ſtatt*, *Erhart Aicher zu Aich*, *Vll. Schwaiger zu Prunn*, *pürtig von gadem*, *Jorg decker zu Sälingenperg*, *Heinric Hirſs zu Abmanſtorf*, *Lüdel Schuſter zu Puloch*, *Cunrad Widman zu Sälin-*

lingenperg, vnd *Stephan Teiſenhouer zu Abenſperg*, die all haben aintrechtiglich auf ir ayd erkant, das *die von Ror* auf das iar hinfür mit irem viech treiben ſullen durch das holtz, ſo zu dem hof gehört, den der obgenant *Mertl Scheuhenpflueg* pawt, doch ſüllen ſi den mair des ſelben Hoffs bitten dardurch zetreiben laſſen, vnd ſolches damit tun on ſchaden durch das holtz vnd veld etlichs tail dem ſelben Hof zugehort, beſunder ſolhs füran beſchehen ye am dritten iar, wenn das veld zu prach ligt.

EXCERPTA

E Necrologio Weltenburgenſi Sæculi XIII.

Cyclus Anni M.XLV.

Januarius.

Kal. Jan. Perhta l. quæ dedit nobis calicem.
Ekkiburt frater noſter laicus.
Gepa l. Henricus l. Hurtwicus puer.
Adalbero laicus. Perhta l. de qua habemus ad oblejam XII denarios.
Engela ſoror noſtra, de qua haqemus ad obliam.

IV. Non. Jan. Gozpertus l. de Harlant.
Hilgunt converſa. Alhaidis l. quæ dedit vaccam.

III. Non. Jan. Hazacha monialis.
Terræ motus magnus in Auſtria ſc. Viennæ & circumcirca factus A. 1590.

II. Non. Jan. *HENRICUS COMES DE RIETENBURCH.*

M.XLVI.

Prid. Non. Jan. Benedictus Neplin Artium Magiſter Presb. & Mon. profeſſus, prior, & granarius Altahæ inferioris ob. An. 1570.

VIII. Id. Jan. Chunradus l. de Ozenbach.

Eodem die Natalis *SANCTI HERMENOLDI* Abbatis, & confeſſoris miræ virtutis & ſanctitatis viri.

In margine notatur: Ratisponæ maxima pars ardebat VII. Kal. Jul. Domnus Wilunt iſtius cenobii proviſor effectus eſt.

Henricus Rex in italiam perrexit.

Terræ motus factus eſt magnus. v. Id. Nov. tercius Heinricus Imperator factus eſt in ipſo die Natalis dom. Domnus *SUIDAGARUS* Epiſcopus *papanpergenſis* papa effectus eſt.

VII. Id. Irmingath ſoror noſtra. Gerbirch Mon.

M.XLVII.

IV. Id. Jan. Gyſala l. longiſſa. Abbero l. Berthild Monialis. Vlricus l. Schambech, qui dedit nobis tria talenta.

III. Id. Perngerus Abbas. Margareta Mon. Judita Mon. Rapoto converſus.

II. Id. Jan. Berhta laica de *Ovenſteten*. Engilmarus l. qui dedit dimidiam habam.

Id. Jan. Conradus l. ſutor & frater noſter.

XVIIII. Kal. Febr. Peccela ſoror noſtra incluſa. G.

Anno dom. M. CCCC. quinquageſimo obiit R. in Chriſto Pater domnus *FRIDERICUS* dictus de *PARSPERG* Epus *Ratisponenſis*.

XVIII. Kal. Feb. Counradus Abb. de Manſe.
Gedrudis l. pii memorie.

M.XLVIII.

XVII. Kal. Godehardus Baſt, Vnderſtorfenſis Presbyter & Mon. Altahæ inferioris obiit ex lapſu in Monaſterio Bruening. An. 1537.
XVI. Kal. feb. Irngardis l. ſoror noſtra.
XVII. Kal. feb. Mathildis dyabolica (obſeſſa)
XVIII. Kal. feb. Arnoldus converſus de atbinchoven.

M.XLVIIII.

XII. Kal. feb. *LUDUUICUS* Rex. Oudalricus abbas de Schyren. Gozbertus Abbas. Wiltiburc abbatiſſa. *ALBERTUS DUX DE STRAUBING.*
XI. Kal. feb. Othloh. Presl, & Mon. Hartwicus l. de chuliſt. Chunradus ſtrenuus miles de *Hawxendorf.*
X. Kal. feb. *OTTO IMPERATOR* obiit.

M.L.

IX. Kal. feb. *VLRICUS L. LIBER DE ABENSPERG.*
VII. Kal. febr. *CHUNRADUS Ratisp. Ep. de LUPPURCH,* qui benefecit eccleſie ſecundus Advocatus.
VI. Kal. feb. Goſtealcus abb. cenobii hujus. Perhta laica de *lengenfelde.*
V. Kal. feb. *KAROLUS IMPERATOR.*

M.LI.

IIII. Kal. febr. Chunradus ſcolaris frater noſter.
III. Kal. febr. Karolo miles qui dedit III. talenta. Kennatio de S. Petro incluſus.
II. Kal. feb. Mathildis l. de Stubing.

Februarius.

M.LII.

Kalend. Febr. Ortwinus Abbas de Prule. Reinpertus Abbas.
Heilica abbatiſſa. Perhta, quæ dedit agrum.
IIII. Non. Febr. *LUDWICUS DUX ET COMES PALATINUS RENI.*
III. Non. Febr. *HEINRICUS DUX BABARIÆ.*
II. Non. Febr. Hartwicus presbyter præpoſitus loci hujus.
Vlricus laicus Wimerſinus.
Wilbirch ſoror noſtra ſabriſſa, que comparavit Miſſam.
Non. Febr. Rugerus Prior presb. & Mon.

M.LIII.

VIII. Id. Febr. Venerabilis Pater & domnus Rudgerus Prior hujus cenobii, qui comparauit pauimentum in eccleſia An. M. CCC III.
VII. Id. Febr. Iſimbertus Presb. & præpoſitus S. Floriani.
V. Id. Febr. Revgerus mutelinus. Chonradus Prukkel.
IIII. Id. Febr. Berhta Monialis ſancte Marie ſuperioris Monaſterii. Chunradus officialis de Staubing.
III. Id. Febr. Mathilth abbatiſſa.
Pruno abbas hujus cenobii.
Hainricus ſartor de Staubing.
II. Id. Febr. *EBERHARDUS COMES.*

M.LIIII.

Idus Febr. Irmpart I. Winklerin.
Eberhardus de noſtris abbas huius cenobii.
XV. Kal. Mart. *GISALA IMPERATRIX* pie memorie.

Hain-

Hainricus miles . eqvlner de Ingoſtat.
XIIII. Kal. Mart. Nicolaus Abbas S. Michaelis.

M. LV.

XIII. Kal. Mart. Levkardis laica de Harlant.
XII. Kal. Adlbertus Abbas de S. Emmeramo.
X. Kal. Pertholdus chatenpeck monachus noſtre congregationis de Prifening.
Tovta vidua bone memorie.

M. LVI.

IIII. Kal. Mart. Chunradus l. de Harlanten.

M.LVII.

II. Kal. Mart. Hizila incluſa.

Martius.

Kal. Mart. Hainricus de Puckenhouen frater noſter. Adalheit Monacha de ſup. Monaſterio.
V. Non. Mart. *HARTWICUS EPISCOPUS RATISPONENSIS.*

M.LVIII.

IIII. Non. Mart. TUQTA abbatiſſa. Ita Monialis de inferiori Monaſterio.
III. Non Mart. Eberhardus abbas. *PABO COMES* **cum** *XXX. FILIIS. VII. FILIABUS.*
II. Non. Mart. Obiit venerabilis in Chro Pater & dominus Fabianus abbas hujus cenobii An. 1553.
VIII. Id. Mart. Heinricus Abbas.
VII. Id. Mart. *ADALPERTUS EPISCOPUS HILDENESHEIMENSIS.*

M. LVIIII.

M.LVIIII.

VI. Id. Mart. *WERNHERUS* Advocatus noſter.
Engilmar heremita de Altaha.

IIII. Id. Mart. *ASPERTUS Radaſponenſis Epiſcopus*. Chunradus Engelbrecht.

II. Id. Mart. *JUDITA MARIA DE POLONIA SOROR HEINRICI IMPERATORIS IIII.*
Rugerus l. dictus Pachmair.

Id. Mart. Chunradus in Eberſperch pie memorie.

M.LX.

XVII. Kal. April. Chuniza Monialis de S. Paulo.
Luikardis Mater Advocati noſtri Gotfridi.

XVI. Kal. April. ſecundus *GEBEHARDUS RADASPONENSIS* Epiſcopus pie memorie. Lockardis de *Vmiliſtorf.*
Heinricus de *Ovenſteten.*

XV. Kal. April. Gerbirch Abbatiſſa. Hadewic abbatiſſa.
Wicmannus laicus de *avek.*
Ringe filius Wimari militis.

XII. Kal. April. *FRANCO* Epiſc. *FRIDERICUS PALATINUS DE TUWING.*

M.LXI.

X. Kal. April. Obiit ven. in Xo P. & dom. Johannes Abbas hujus Monaſterii cujus anima requieſcat in pace ſanctiſſima. An. 1535.

VIIII. Kal. April. Gouta de Rouchershoven.

VII. Kal. April. *AGNES DUCISSA.*

VI. Kal. April. Primus *GEBEHARDUS*, bone memorie *Radasponen.* Epiſc. Gerbirc abbatiſſa, de Giſinvett. Ratpirc incluſa.

V. Kal.

V. Kal. Apr. pie memorie *GOTFRIDUS* loci hujus Advocatus. *HENRICUS DE RIETENBURC.*

M. LXII.

IIII. Kal. April. Rovhardus Abbas de Prvle.
III. Kal. April. Vdalricus de Lentingen.

Aprilis.

Kal. April. Berneldus hujus cenobii Abbas.
IIII. Non. April. Mathilt. abbatiſſa de inferiori Monaſterio.

M. LXIII.

II. Non. April. Luitward abbatiſſa. Magoldus de *Werd.*
VIII. Id. April. *BENEDICTA PALATINA.*
VII. Id. April. Abbas.
VI. Id. April. *CHUNRADUS II. RATISPON.* Ep. Adelheidis l. de *Werde* ſoror noſtra.
IIII. Id. April. Bernhardus abbas.

LVII. Cyclus. M. LXIIII.

Id. April. *BONIFACIUS ABBAS. minio ſcriptus.*
Benedicta abbatiſſa. Fridericus l. de Staubing, qui dedit vaccam & thaurum pulchrum,
XVIII. Kal. May. Rudigerus l. a quo habemus ab obliam.
Mathildis lucia pie memorie.

M. LXV.

XVII. Kal. May. Chunradus prieſlei Rupertus de lucbach.
XVI. Kal. May. Brunges abbas iſtius loci. Herrarum pie mem.
Abbas hujus loci.

XV. Kal. May. Weinmarus pie memorie. Reinhardus abb. Berhta decana.

XIV. Kal. May. Wernherus abb. de altach inferiori *ſpeculum ordinis*.

XIII. Kal. May. *WERNHERUS ADVOCATUS*, qui obiit altha.

M. LXVI.

VIIII. Kal. May. Mathildis l. de *ovenſteten*.

M. LXVII.

VII. Kal. May. *CHUNRADUS EPISC. RATISPON.* pie mem.

V. Kal. May. *WERNHERUS laicus ultimus advocatus*.

IIII. Kal. May. Abberoth conuerſa.

III. Kal. May. Georgius Victor Schrenck Presb. & Mon. Altohæ inferioris profeſſus, concionator in Kremsmunſter An. 1557. Hugo abbas bone memorie. A. 1594. Anna filia dilecti fratris noſtri Georgii Vilsmair hac die reddidit ſpiritum ætatis 3. Annos W. A. mppra.

II. Kal. May. Otilia uxor Magiſtri Hainrici. Sebaſtianus Caſtner Regenſis. Presb. & Mon. Althæ inferioris Abbas in Monaſterio Metten. An. 1577.

Majus.

M. LXVIII.

Kal. May. Chunigundis laica de uilla noſtra que dedit nobis vaccam ad ouſtriam.

GRISNOLDUS ADVOCATVS. Hainricus l. frater noſter diaboliculus de chelhaim, a quo habemus habam in Staubing ad obliam.

VI. Non. May. Wernherus l. de *Giebſtorf* bone mem.

V. Non.

V. Non. May. Pie mem. *RIHZA COMETISSA.*
Gertrud abbatiſſa.
IIII. Non. May. Piligrinus hieroſolimitanus Presb.
II. Non. May. Adalheit incluſa.

M. LXVIIII.

Non. May. *OTTO IMPERATOR.*
VII. Id. May. *JUTTA COMITISSA. DE LONSBERC.*
VI. Id. May. *HEINRICUS RATISBONENSIS* Epiſc.
Judintha laica de *Uoburch.*
V. Id. May. Eberhardus abbas.

M. LXX.

II. Id. May. Chunigunt abbatiſſa de infer. Monaſterio.
XVI. Kal. Jun. Vodalricus abbas de S. Emeramo.

M. LXXI.

XV. Kal. Jun. Luitkart Monialis de S. Paulo.
XIV. Kal. Jun. *CHUNO prior ratisponenſis Epiſcopus.*
Hartwicus famulus noſter, qui dedit nobis vaccam ſibi propriam.
XIII. Kal. Jun. Heinricus prepoſitus & ſacerdos in Ror.
XII. Kal. Jun. Lutwicus abbas de biburc frater noſter.
Engela ſoror noſtra.
X. Kal. Jun. Liebhardus *Haſelbeck.* Heinricus laicus de piburch.

M. LXXII.

V. Kal. Jun. Johannes hujus cenobii abbas.
Alhaidis l. de Suzbach. Conradus abbas hujus loci poſt hoc abbas S. Viti in Pruel.

M. LXXIII.

IIII. Kal. Jan. *VDALRICUS FILIUS PALATINI.*
II. Kal. Jun. Wirnarus miles.

Junius.

Kal. Jun. Chuinradus de acvenſhoven.
pie memorie *PERHTA ADVOCATA DE WERD.*
IIII. Non. Jun. Heinricus de Hytrehuſin.

M. LXXIIII.

II. Non. Jun. *CHONRADUS IMPERATOR.*
Non. Jun. *MATHILT COMITISSA.* Ebran laicus de patindorf.
In margine notantur ſequentia:
Radispone magna pars ardebat III. Non. April. Item magna pars II. Non. Jul. arſit. Heinricus Rex filius Heinrici Imperatoris in Ungariam cum exercitu perrexit. - - - ungaricos fines - - - ejusdem regionis Salomonem in militem ſuſcepit.
Eclypſis tunc facta eſt circa quintam horam noctis VIII. Id. Octob. Luna ſecundum antiquam computationem XIII. que cum ſtellis Jovis & Martis illa nocte curſum peregit.
VI. Id. Jun. *OTTO COMES.* *OTTO COMES* de Mahrtal.

M. LXXV.

III. Id. Jun. Pie memorie *CHUNO SECUNDUS* ratispon. Epiſc.
II. Id. Jun. *EUPHEMIA DE PRACTENEG ADVOCATA NOSTRA.* Jeuta l. Witelſurterine.
Id. Jun. Babo l. de Eringen. Albertus L. Teyſenhovar.

M. LXXVI.

XVI. Kal. Jul. Hans Widman l. & uxor ſua.
XV. Kal. Jul. *Sancti Rumuoldi abbatis Sci Emmerami mire ſanctitatis viri.*

M. LXXVII.

X. Kal. Jul. Albertus abbas de piburch, frater noſter.
VIIII. Kal. Jul. *EBERHARDUS Salzburgenſis.*
GOTPOLDUS epiſcopus.
VIII. Kal. Jul. Dietricus Presbyter ſtauchrider, qui dedit nobis organa.

M. LXXVIII.

V. Kal. Jul. Rudigerus de Vriſinge.
IIII. Kal. Jul. Chunigunt Sturmerin.
TUTA COMITISSA pie memorie (*forte uxor Ottonis I. Schyrenſis.*)
III. Kal. Jul. *WERNHERUS* L. pie memorie.

Julius.

M. LXXVIIII.

VI. Non. Jul. *ADOLFUS REX. HENRICUS REX. POPPO COMES.*
V. Non Jul. Arnoldus abbas hujus loci de noſtris.
Chunradus Gaſt de Chelhaim, qui dedit nobis libram - -
IIII. Non. Jul. *OTTO MILES DE AVEKING.*
III. Non. Jul. Eilika abbatiſſa de Monaſterio ſuperiori.
Wilihelmus abbas de Hirſaugia.
II. Non. Jul. *OTTO EPS. RATISPONENSIS.*

M.LXXX.

Non. Jul. Chonradus ſacerdos & Monachus Sci Emmerami quondam abbas hujus loci.

VIII. Id. Jul. Mathildis l. que dedit nobis vaccam.

VII. Id. Jul. Odalricus abbas Sci Emmerami.

VI. Id. Jul. Perchtoldus civis in chlehaim, dictus *Hohenkawſaer.*

V. Id. Jul. Pie memorie *OTTo DUX BAWARIE.*
Perichtoldus Ladær, qui comparavit Miſſam in cripta beate virginis feria tertia.

IIII. Id. Jul. pie memorie *LEO RATISP. EPS.*

M. LXXXI.

III. Id. Jul. Natalis Sci *HEINRICI IMPERATORIS* & Confeſſ.

II. Id. Jul. *EMBRICHO ratiſpon. eps.*

Id. Jul. *GEBEHARDUS* eps. Heinricus abbas hujus loci pie memorie.

XVII. Kal. Aug. Hagano abb.
Poppo ſacerdos Sci Egidii ratiſpon.

XIIII. Kal. Aug. Wiſunt Abbas hujus Monaſterii primus circa an. 580. NB. *recentior manus.*

M.LXXXII.

XIIII. Kal. Aug. *JOHANNES DE WILTENBURCH.*

XII. Kal. Aug. Mirboldus l. Ratiſpon.
Finwicus L. de Witliſabach. (*forte Fridericus de Witelsbach.*)

XI. Kal. Aug. Fridericus Sacerd. frater noſter de arra (*arrach.*)

VIIII. Kal. Aug. Seuridus Laicus de *Swaden.*

VIII. Kal.

VIII. Kal. Aug. Wirnhirµs filius *ſeuderlini.*
Adalwardus abb. de Mvnſter. Oteni abb.

M. LXXXIII.

VII. Kal. Aug. pie memorie obiit *HEINRICUS Rat. Eps.*
ADVOCATUS noſter.
FRIDERICUS COMES DE AMBENBERCH.
VI. Kal. Aug. Mahtilt l. que dedit nobis vaccam.
IIII. Kal. Aug. Agnes l. *Minnerine* ſoror noſtra.

M. LXXXIIII.

III. Kal. Aug. Vlricus Vlrainarius.
II. Kal. Aug. Judita laica de arbinhen.
HEBERHARDUS radisponenſis eps.

Auguſtus.

Kal. Aug. Otto l. friſingenſis *ERCHANFRIDUS radaſponenſis eps.* Hainricus l. *Lanchontarius*, a quo habemus mediam curiam in Schambach.
IIII. Non. Aug. Hartuuicus abbas de S. Emmeramo.
Rapoto abbas in brvel.

M. LXXXV.

II. Non. Aug. *OTTO PALATINUS COMES (Senior An. 1155.)*
Non. Aug. Wernhart laicus de *Vlrein.*
VLRICUS MILES DE PAULSTORF, qui ordinavit predium.
VIII. Id. Aug. Chunradus puchel.
VII. Id. Aug. *HEINRICUS IMPERATOR.*

M. LXXXVI.

M. LXXXVI.

IIII. Id. Aug. Iſinricus abbas.

III. Id. Aug. pie memorie Chunigundis l. de Werde. *CHUNRADUS COMES. LUDUWICUS COMES.*

Idus Auguſti. *EBERHARDUS PABANPERGENSIS EPS.*

XVIIII. Kal. Sept. Chunradus abb. hujus loci Thelonearius.

M. LXXXVII.

XV. Kal. Sept. pie memorie *OTTO PALATINUS DE WITTELINSPACH* (forte *Junior*, frater Ottonis ducis.)

XIIII. Kal. Sept. Leucardis l. Lonquaterin. a qua habemus & ejus parentibus annuatim ſcapham ſiliginis, & LX. denar. Ratiſpon. in Schambach.

M. LXXXVIII.

XI. Kal. Sept. Perhtoldus abbas S. Emmerami.
Werinherus abbas. Hainricus Sacerdos dictus *Harlantär*.

VIIII. Kal. Sept. Godeſcalcus abbas de Munſter.
Gerhilt abbatiſſa.

VII. Kal. Sept. Dedicatio in Baſilica Sci Michaelis in dormitorio.
Ortlibus l. *Hohenſauſerus*.
Otto abbas de piburch.

M. LXXXVIIII.

V. Kal. Sept. *LUDUUICUS PIUS REX.*

III. Kal. Sept. *VLRICUS LIBER ET MILES DE ABENSPERCH.*
Heinricus laicus *denis* civis ratisponenſis, qui dedit nobis quinque talenta in Weltenpurch.

II. Kal. Sept. Alhaidis *Winnerina* de abenſperch.

Mæh-

Mechtihilt laica de Staubingen villica.
Alheidis putrerinne.

September.

M. XC.

Kal. Sept. *VLRICUS MILES DE AVEK.*
VIII. Non. Sept. Herwicus Corſtev laicus.

M. XCI.

V. Id. Sept. *HERRANDUS L. DE AVEKAPING*, a quo habemus caſulam & cappam.
Gerungus Senior de Reichenbach, quondam abbas hujus loci.
IIII. Id. Sept. Ellennot. Nonna de ſup. Monaſt.
III. Id. Sept. Lucia l. que dedit ad oblejam.
II. Id. Sept. Wolframmus abb. hujus cenobii.

M. XCII.

Idus Sept. Wicmannus abbas hujus cenobii.
Chunradus l. qui obtulit nobis tres libr.
XVIII. Kal. Octob. *obiit DUX LUDWICUS occiſus*, a quo habemus duas curias in Salig.
XVII. Kal. Octob. Hilprandus decanus in Mainberg, qui dedit nobis trecentos florenos.
XVI. Kal. Octob. *GOTSHALCHUS MILES DE STUBINGEN.*

M. XCIII.

XIII. Kal. Octob. Elſabet l. de *puhohe.*
Gotfridus l. de *Gerwolting*. Churadus villicus de puch, qui dedit ecclesie equum, & obleje vaccam.

XI. Kal. Octob. Heinricus i. winter de abenſperch.
X. Kal. Octob. fridericus hujus cenobii abbas.
Polo abb. hujus cenobii.
VIIII. Kal. Octob. *MICHAEL EPS RADASPONENSIS.*
Heinricus *Wimer*, civis de chelhaim, qui dedit nobis II. talenta.

M. XCIIII.

VI. Kal. Octob. Meinhardus presb. & mon. Senior quondam abb. hujus loci.
Pilifrid Monacha de ſup. Monaſterio.
V. Kal. Octob. Cunradus lotro dormiens occiſus.
Truta laica, a qua habemus agrum & pratum in Taiſenhoven.
Mathildis *fridelmairin*. Cunradus abb. S. Michaelis.

M. XCV.

III. Kal. Octob. *BERTHA LAICA, FILIA ADVOCATI.*
SINPERTUS RADASPONENSIS EPS.
II. Kal. Octob. Vlrich Fridelmair Sun.
HEINRICUS COMES.

October.

Kal. Octob. Irmindrvt monialis de Bærgen.
V. Non. Octob. Rudigerus abb. hujus loci, poſt hoc abbas in Prunſingen.

M. XCVI.

IIII. Non. Octob. *ADALUUINUS RADASPONENSIS EPS.*
III. Non. Octob. *HEINRICUS IMPERATOR.*

VIII. Id.

VIII. Id. Octob. *GUNTHERIUS RADASPONENSIS EPS.*
ROVTHERIUS EPS DE TARVIS.

VII. Id. Octob. Scs *GUNTHERIUS HEREMITA* monachus bone memorie. &c.

M. XCVII.

VI. Id. Octob. *TUTO RADASPON. EPS.*

IIII. Id. Octob. Erehangerus abbas hujus cenobii.
Petrus *dekker.*

M. XCVIII.

XVI. Kal. Nov. Perwicus l. Wolmarus.

XIIII. Kal. Nov. Heripato abbas.

M. XCVIIII.

VIIII. Kal. Nov. Heinricus penchonerius prbr & Mon. n. qui dedit nobis uineam oblie.

VIII. Kal. Nov. Oudalricus abbas, Albertus abbas de Weychenſteven. Hainricus l. qui dedit nobis vineta, & agros ad olyam (oblejam.)

VII. Kal. Nov. Rugerus *fridelmair.*

M. C.

VI. Kal. Nov. hainrich *Marhofaer.* Mathildis abbatiſſa.

V. Kal. Nov. Vlricus laicus de *Tvrenpuch.*

IIII. Kal. Nov. Hainrich *Planchel* eccleſiaſticus in puchenhofen.

III. Kal. Nov. Purchardus Abbas de S. Quirino.
OTTO COMES.

II. Kal. Nov. Meingotus Abbas de Prvle.

November.

M. CI.

III. Non. Nov. Iſnricus Beigill, qui dedit vaccam. Perta uxor ſua. agnes filia ſua, mater himmarii.

II. Non. Nov. Tovta abbatiſſa.

M. CII.

VI. Id. Nov. Albricus abbas cenobii hujus S. Georii.

V. Id. Nov. *OTTO L. ADVOCATUS HUJUS LOCI.*

Jeuta laica dicta *Hohenkauſerin.*

Elyzobet laica, que dedit vaccam Sco Geório.

Adalbertus friſinger.

Jeuta laica, que dedit nobis III. libras.

III. Id. Nov. Gumpoldus Sacerdos de Kirchror.

Dedicatio Ecclesie Sci Georii Martyris.

II. Id. Nov. Dedicatio Ecclesie Sce dei genitricis in cripta.

Idus Nov. Marquardus l. qui dedit nobis talentum.

M. CIII.

XVII. Kal. Decemb. *PERTHOLDUS MILES DE AVEKKINGE* qui predium dedit.

XVI. Kal. Dec. *AGNES DUCISSA BAVARIE.*

XV. Kal. Decemb. *Adalbertus de lapide* (von Stain).

XIII. Kal. Dec. Chunradus plebanus de Staubing.

M. CIIII.

XII. Kal. Dec. Rev. Dns. Joannes Bapt. Lochuer abbas in oberaltach qui rexit 29. Annos.

X. Kal. Dec. Herwicus abbas hujus loci, qui bene fecit huic ecclesie.

VIIII. Kal.

VIIII. Kal. Dec. Gebehardus l. de Pochen.
Pertholdus miles, qui dedit nobis V. libras.
Helena Sulzerin monialis de Geiſenveld.
VII. Kal. Dec. Hertwicus prepoſitus.

M. CV.

VI. Kal. Dec. Agnes l. Mater Hohamermarij.
HEINRICUS COMES.
III. Kal. Dec. *EDERAMMUS EPS. DE POLONIA.*
Hartmannus abbas priueningenſis.

M. CVI.

December.

Kal. Decemb. *OTTO DUX WAWARIE.*
IIII. Non. Dec. *GEBEHARDUS III. EPISCOPUS* (Ratispon.)
Gebehardus *Sebaer* laicus. Gerbertus abbas in *artegeb.*
III. Non. Dec. Gerhardus l. *Warmut.*
II. Non. Dec. *ANNO ARCHIEPS. COLONIENSIS.*
Waltchun hujus cenobii abbas.
VIII. Id. Dec. *HARTWICUS ARCHIEPS SALZBURG.*
Perngerus hujus loci abbas de noſtris.

M. CVII.

VII. Id. Dec. *OTTO III. IMPERATOR.*
VI. Id. Dec. *ARNOLFUS IMPERATOR.*
Vlricus l. de Harlanten.
V. Id. Dec. Vlricus l. de Staulach.
IIII. Id. Dec. Chuniza Weſterhilt.
III. Id. Dec. pie memorie *THESSALO dux fundator* CENOBII *HUJUS.*

Dipoldus l. Valiarius, qui dedit predium in obliam.
II. Id. Dec. Henricus l. de penchoun. Adelheit uxor ſua.
Id. Dec. Georius Hinhofer. Anna Vxor.
Cunradus Regenſpurger civis in Brixen.

M.CVIII.

XVIIII. Kal. Jan. Hainricus faber in foro civis in Chelhaim, a quo habemus V. Metretas
Ekkardus miles. AGNES IMPERATRIX.
XVII. Kal. Jan. Vlricus laicus, qui dedit nobis calicem cum ſpeculis.
XIII. Kal. Jan. Chuo abb. & mon. Sci Michaelis in Sib--

M.CVIIII.

Leucardis de *Hohenkam*, filia Perhtoldi.
XII. Kal. Jan. Otto decanus de aiſtent.
Vlricus miles de *Vlrain*, qui dedit nobis V. libras.
X. Kal. Jan. XI. *GAUBALDUS RADASPONENSIS EPS.*
Agnes l. a qua habemus V. talenta.
VIIII. Kal. Jan. Hartwicus abbas Sci Petri Mynſter.
Mehthildis laica in angulo.
VI. Kal. Jan. *BERHTA IMPERATRIX.*
Henricus Wincheler.
Conradus abbas obiit ſecundus fundator hujus monaſterii bone memorie.
V. Kal. Jan. Vlricus miles de *auegin*, qui dedit nobis ad obliam XX. libras, & equum ſuum, & arma ſua.
III. Kal. Jan. Roydpertus abbas.
II. Kal. Jan. Dietricus laicus rotarius de Ratiſpona.
Obiit venerab. in Xo Pater & dns dns. Michael Heuſler

ler Abbas hujus Monaſterii Sci Georii in Weltenburg, cujus anima vivit in ſpe reſurrectionis gloriæ ſempiternæ Anno virginei partus 1556. Anno dni M.CCC.LVIII. dedicatum eſt altare quod eſt poſitum in Eccleſia beate virginis glorioſe in monte, & quod eſt ſituatum in crippta in honore Sci Achatii & ſociorum ejus, & XI. milium virginum, & eſt jacens in angulo ſiniſtro a quodam Epiſcopo ſuffraganeus exiſtens dni *FRIDERICI PURGRAVII* pro tunc Epiſcopatum regens, & in preſcripto altari continentur reliquie de ligno dni, de lapide dni, ſuper quem cecidit ſanguis domini, dum cruci figebatur a Judæis. Terenciani. Willibaldi Epi. & conf. Macharii abbatis. Et hoc factum eſt ſequenti die poſt feſtum Epiphanie.

BERNARDI NORICI

Opuſculum V. anecdotum
de
Genealogia Fundatoris Coenobii Cremiſanenſis.

Qvm a) igitur precioſus illibate viiginis vterus rore diuini numinis irrigatus Lilium celi de roſaceo genitore in ſe in-

a) Ex quo celeberrimi Fratres *PEZII Script. Rer. auſtr. Tom. I. pag.* 689. Operum Indiculum texuerunt, quæ ſub *BERNARDI Norici* Nomine in Codice MS. cremiſanenſi, illo que, ut ferunt, autographo continentur; ingentem mox Eruditis excitarunt orexin, ſingula illa Typis expreſſa videndi, quo non nulla Hiſtoriae patriae Lux affunderetur. Et ſperari id quidem a Virorum illorum ſoler-

incorporandum ſacris viſceribus ſuſcepiſſet & ad humanos obtutus ſuum florem purpureum carneo tactum velamine produxiſſet, ipſe flos matris, ſapientia Dei patris, Dominus Jeſus Chriſtus, menſam poſuit, videlicet aram Crucis, in qua ipſe granum frumenti mortuum vberem conſurgeret in ſegetem fidelium populorum, que multiplicata in Eccleſia tandem reconderétur in horrea celeſtium manſionum. Hinc ſurrexerunt viri virtutum de eadem ſegete populorum in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, qui tamquam brachia religionis & alumpni fidei chriſtiane amicos ſibi fecerunt de mamona iniquitatis, de rebus ſibi temporaliter commendatis eccleſias fabricantes, monaſteria conſtruentes, ibique multitudinem perſonarum die ac nocte Domino famulantium adunantes. Inter quos clarius enituit

ſolertia poterat, ſi codicis ipſius copiam nacti fuiſſent. Interea nobis licuit adeo eſſe felicibus, vt in iſto, quem vulgamus, Traditionum Weltenburgenſium codice anecdoto offenderemus in Opuſculum quintum *BERNARDI Norici*, *Genealogia Fundatoris Cenobii Cremiſanenſis*, inſcriptum, quod in haec ipſa verba incipit: *Igitur cum pretioſus illibate Virginis vterus rore divini Numinis irrigatus, Lilium Celi* - - - Forte etiam opuſculum ſextum, *de Origine & fundatione Monaſterii Cremsmunſtrenſis*, huic quinto a noſtro defloratore inmixtum fuit. Nota eſt Auctoris aetas, Initio ſaeculi XIV. ſcribentis. Vſus eodem fuiſſe videtur *ARENPECKIUS Pezianus*, ſubpreſſo licet ejusdem Nomine, & Ordine frequenter inmutato, ut ad ſingula fere Loca notavimus. Etſi vero nonnulla occurrant, quae hodierno Eruditorum Palato non ſapient; rem nihilo ſecius gratam illis facturos nos arbitrabamur, in lucem proferendo Opuſculum diu deſideratum. vnde ſua *ARENPECKIUS*, aliique, magna ex parte hauſerunt, e quo etiam diſcimus novam Synodum *NUENHEIMENSEN*, a Dingolfingenſi, aliisque diverſam, hactenus, quod ſciamus, omnibus ignotam.

tuit ſplendidum celi ſydus, rutilans mundi lampas, noſtre fundationis mirificus Architectus. Dominus Princeps terre b) Taſſilo Dux illuſtris, paterne nobilitatis ac deuotionis ſtrenuus emulator, quem apice inſignis proſapie naturalis gratia glorioſius inueſtiuit. Nam a clariſſimis, ac beatiſſimis Francorum ac bauarorum extitit oriundus. c) Docet enim nos Scriptura diuina, in hys, qui predicabiles ſunt, non ſolum mores, ſed etiam parentes oportere laudari, ut velud transmiſſa hereditas puritatis in hys, quos volumus laudare, precellat. Non ſolum igitur a parentibus, ſed etiam a maioribus, Taſſilonis hujus noſtri Fundatoris nobilitas propagatur, non tantum ſeculari poteſtate ſublimis, ſed & religionis ſucceſſione venerabilis d). Pater nempe eius fuit Dominus Vtilo munificus Dux Bauarie, qui fuit ſextus a Theodone tertio huius nominis, quem Sanctus Rudpertus baptiſauit circa annum Domini D. C. e) XVII. ſub Deus-dedit Papa, & Heraclio Imperatore, Mater vero ipſius fuit f) filia Karoli primi cognomento fortis, que

---

b) Eadem iisdem omnino verbis legas apud *ARENPECK Lib. II. cap.* 32.

c) Hæc, quæ ſequuntur usque ad: *Pater nempe ejus &c.* *ARENPECKIUS* ſubpreſſit.

d) Apud *Arenpeck.* Loc. cit. omiſſa voce *Bauariæ.*

e) In Codice MS. poſt iſtud C inſerta conſpicitur linea, qua forte Correctot aliquis indicare voluit, deeſſe quosdam Numeros. Certe, ſi ſequenti X ſubjungeretur C. prodiret Annus DCXCVII. hodiernae Chronologiae, de adventu S. Ruperti, paſſim receptae adcommodus. Sequitur autem hic Auctor Chronologiam, conformem Manuſcripto Codici, de quo vide ſis *HANSIZIUM Germ. Sacrae Tom. II. Pag.* 923. *Num. VIII. & IX.*

f) A. L. c. *addit*: Hildedrudis.

alio nomine Tudides, ſoror ſcilicet Pipini *g*) ſecundi. Qui Pipinus cum eſſet maior Domus Francorum, factus eſt Rex poſt Hildericum regem per Zachariam Papam; Qui Hildericus fuit decimus a Clodoueo, quem ſanctus Remigius baptizauit cum gente ſua circa Annum Domini quadringenteſimum LXXXVII.um tempore Symachi Pape. Hinc manifeſtum eſt, quod ex utriusque h) Parentum linea de regali proſapia, & virtuali Sanctimonia eſt exortus. Nam ſi lineam Vtilonis retro percurramus, inuenimus, quia eius anteceſſores Garibaldus & Taſſilo reges i) erant, Et quia ipſe k) Sanctum Wiuilonem tranſtulit Patauiam de Laureaco l), ac conſtruxit cenobium Altachenſe m). Proauus quoque eius Theodo quartus n) Sanctum Corbinianum epiſcopum tranſtulit in Friſingam. Porro ex Linea matris ejus Karolus Fortis ipſius auus. primus regnum Francie eſt adeptus o) genitus de Pipinno, *cui per Zachariam* regnum p) Francie eſt donatum. Qui *Karolus fuit nepos* q) ſororis ſancte Gertrudis ſcilicet de Angiso maiore Domus regum r) Francie poſt Eprvinum, qui ſanctum Leodegarium epiſcopum interfecit s) tempore Lotharii filii Daigoberti. Angiſus

g) A. *omittit* ſecundi.

h) A. parentis.

i) A. *addit*: Bajoariae fuerunt.

k) A. cap. 35. *eadem verba refert.*

l) Haec deſunt apud A. Loc. cit.

m) A. cap. 32.

n) A. *addit.* cum filio ſuo. Grimoaldo.

o) A. Genitor Pipini.

p) A. Francorum.

q) A. *addit*: Beggae.

r) A. Majore domus Francorum.

s) *Haec Nota chronica deeſt apud* A.

giſus autem fuit filius Arnulfi t), cujus feſtum recolitur XVII. Kl. Sept. v). Daigobertus quoque iſte eſt, qui Bauaris imperans leges dedit x). Fundator itaque noſter Dux fuit & Ducis filius, ne Rex dicam.

De provincia principatus.

y) Bauaria, que & Noricus dicitur, non tantum prouincia ſed & Regio olim fuit, quia conprehendit alios principatus z). Ipſam namque Barbari inhabitantes cum eſſent conjuncti diverſorum prouinciis populorum, quorum gentes non minori, quam illi, feritate invicem craſſabantur, pacis inpacientes, & ſemper mutuo diffidentes, nunc victi, nunc vincentes, ſecundum varios caſus belli ſuos terminos dilatauerunt, mutauerunt a), aut eciam diuiſerunt b), idem de ſuis vocabulis facientes c). Hac quoque Iſter fluuius, qui & dicitur Danubius, prolabitur, ut videmus, Qui ſecundum Yſidorum XIIIo. Ethymolog: agrimontium Jugis, & occidentalibus Bauariæ partibus oritur, & inde pergit contra Orientem. Qui dum per innumeras gentes vadit, & ſuum & gencium nomen mutat d). Sunt autem aut germani large, aut Ale-

t) *A. addit:* Majoris domus, Epiſcopi Metenſis.

v) *A. addit;* Hic dagobertum Regem educavit, qui Bajoariis imperans legem dedit.

x) *Hæc deſunt apud A.*

y) A. *Lib. I. cap.* 1.

z) A. *Lib. I. cap.* 4. Ipſam quoque Bojoarii inhabitantes.

a) A. *l. c.* & diviſerunt.

b) *Deeſt apud A,* loc. cit.

c) A. *Lib. I. cap.* 2. Danubius fluvius, idem & Iſter, ut Solinus habet, Bajoariam, ut videmus, perlabitur, qui . . . *aliter, quam noſter.*

d) A. *Lib. I. cap. 4. col.* 24.

Alemanni inproprie, aut Barbari proprie, Et alio nomine uel Woarii aptiori, vel Bauari meliori & communiori vocabulo nuncupati. Terra vero, quam incolunt, noricus eſt vocata ſecundum Yſiderum ab agro frigido, quaſi nocens cultoribus dum ſteriles affert fruges. Sciendum quoque, quod ſecundum Hiſtoriographum eadem prouincia Barbaria vocatur, a populi feritate, qui olim ab Armenia venientes, expulſis incolis ibi ſederunt & ibi nomen dederunt a Bauaro ſuo Duce, ſed poſtea Norix e) filius Herculis hanc expugnans tempore Gedeonis, & ciuitatem edificans, Noricum appellauit, tam vrbem, quam regionem. Hec vero ciuitas poſtea a Tiberio reparata, Tyburtina f) eſt vocata, que nunc latine Ymbripolis, vel vulgariter Regenſpurg, a flumine Regen, qui ibi Danubium influit, uel Ratiſpona, a ponendo & figendo rates cum mercibus venientes, generaliter appellatur. Item *noricus Ripenſis* ipſa regio vocatur, quia ſub dictis *montibus ripa Danubii* vndique aruis & vineis fecundatur. Hic & orientalis *dicitur*, quia verſus orientem reſpicit. Item & oſtrogothia agencium nomine appellatur, Bauaria autem tunc proprie dicebatur Prouincia, que eſt ab Aneſo flumine, qui eam ab Alemannia diuidit. Verum prouincia, que eſt inter Saxoniam & Danubium & Salam fluuios, que nunc Salza dicitur, Germania eſt vocata, & hec a Francis orientalibus inhabitatur. Hec ipſa Sala g) uel Salza, preterfluit ciuitatem Juuauiam, que nunc ab eodem flumine Salzpurga dicitur, vbi quondam fedus

e) A. *paria fere habet Lib. I. cap.* 5. *col.* 24.

f) A. *Lib. cit. cap.* 11. *col.* 32.

g) Heic *BERNARDUS Salam* Franconicam cum *Salzaha*, & *Juvaviam* cum Palatio *Salz* prope Neoſtadium confundit. *Vid. Chron.* Gott-*wic Lib. III. pag.* 509.

dus initum eſt inter Karolum magnum, & Nicephoram Imperatorem Conſtantinopolitanum, vbi idem Karolus fecit palacium imperiale.

h) Bauaria vero in prouinciam redacta, Vtilo illuſtris Dux fundavit monaſterium inferioris Altach, Et ex i) Hildrude que fuit ſoror Pipinni regis, qui fuit Pater Karoli magni, genuit Taſſilonem contra Taſſilonem Griſo frater Pipinni Bauariam petiit ipſumque ducatum ſibi ſubiciens Taſſilonem in deditionem accepit. Quod audiens k) Pipinnus cum maximo exercitu venit in Bauariam fratremque ſuum Griphonem cum omnibus ſuis cepit & Taſſiloni Ducatum reſtituit l). Deinde Taſſilo cum primoribus gentis ſue venit ad Pipinnum in compendio ville, ubi tunc populi ſui generalem conuentum habuit, promittens tam ipſi regi Pipinno, quam filiis eius Karolo & Karlomanno fidelitatem iurando ſuper corpus ſancti Dyoniſii. cum autem Pippinus aquitaniam cum expeditione intraret, Taſſilo Dux Bauarie poſtponens Sacramenta que iurauerat, & omnia bona oblitus, que ſibi auunculus ſuus Pippinus Rex fecerat, ſimulata infirmitate ab hac expedicione per dplum ſe ſubduxit, & in Bauariam rediit & ad affectum Regis ſe vlterius venturum abiurauit. Mortuo autem Pippino Karolus magnus filius eius ei in Regno ſucceſſit. Qui ad preces Adriani Pape Deſiderium vltimum regem Longobardorum debellans, ipſum vinctum cum vxore ſua in Franciam duxit. Taſſilo autem Dux Bavarie cum eſſet conſanguineus

 Ka-

h) A. *Lib. II. cap.* 23. *col.* 80. & *ANDREAS Presb. Ratiſpon.* in *Chron. Bav. pag. m.* 11.

i) *Ibidem.*

k) *Loc. cit.*

l) A. *Lib. II. cap.* 37. *Col.* 102.

Karoli, & Luitpurgem filiam Deſiderii regis Longobardorum haberet vxorem, ab ipſo Karolo magno in Regem Longobardorum preficitur. Qui hortatu vxoris ſue Luitpurgis, que ſe exilium Patris per maritum vlciſci putabat, inito federe cum Hunis, m) qui Bauarie ab oriente contermini ſunt, non ſolum imperata non facere, ſed & Regem bello prouocare temptabat. Inter heo Karolus venit romam, & ab Adriano Papa honorifice ſuſcipitur, Miſit itaque Adrianus papa Formoſum & Damaſum epiſcopos cum Legatis regis Richolfo Dyacono, & n) ebrumbardo pincernarum magiſtro ad Taſſilonem Ducem, ut commonerent eum de juramento, quod Pippino & filiis eius olim iurauerat. Qui uenientes Cor eius emollierunt, ut cum eis Wormaciam veniret, datisque duobus obſidibus regi fidelitatem iuraret. Sed ubi Domum rediit, non diu in fide permanſit. Karolo autem adhuc Rome exiſtente, venerunt ad Papam Legati Taſſilonis, epiſcopus Juuauenſis, & Heinricus Abbas, rogantes, ut pacem faceret faceret litemque terminaret inter Karolum Regem & Taſſilonem. Quod cum ille obnixe faceret, & Rex ſe id velle diceret, interrogati miſſi, quo pacto pacem firmare vellent, Reſponderunt ſibi ſuper hac re nihil imperatum fuiſſe, & ſe „ non audere pro ſeniore diffinitiuam ſentenciam proferre, necque ſe ad hoc deſtinatos eſſe, Videns autem papa eos, quaſi fallaces ac fraudulentos, anathematizauit predictum Taſſilonem, & omnes illi fauentes, niſi fidelitatem, quam Regi Pippino & Filio eius Karolo promiſerat, per omnia obſeruaret, Et ſi ipſe Dux nullatenus obedire vellet, tunc Karolus & exercitus eius abſoluti eſſent a Deo & ſancto Petro, ut quicquid in Ducatu eius perpetratum eſſet in-

m) *Haec interjectio deeſt apud A. Loc. cit.*

n) A. *rectius* Eberhardo.

incendiis & homicidiis, uel qualicunque malicia: totum hoc ſuper Taſſilonem & ſocios eius reuerteretur, Et Rex & Franci eſſent innoxii. Hiis verbis papa Legatos Taſſilonis ad ipſum remiſit. Rex vero recepta ab Apoſtolico Benedictione rediit in Franciam. Deinde venit in Wormaciam, vbi filios ſuos cum vxore ſua Faſtrada invenit. Ibique habito Generali Conventu coram optimatibus ſuis, omnia que facta ſunt in itinere ſuo, narrauit, eorumque conſilio Legatos miſit ad Taſſilonem, qui monerent eum, ut apoſtolicis juſſis obedire ſibique fidem ſeruare diſponeret. Qui cum nollet obedire, Rex tripartito exercitu ſuo Bauariam petiturus prope ciuitatem Auguſtam ad Licum ampnem venit, qui Bauaros ab Alemannis diuidit, Pippino filio ſuo cum Ytalicis copiis in tridentinam vallem confluente, Saxonum vero atque orientalium Francorum exercitu ſuper Danubium in Loco, qui o) peringa dicitur, conueniente. Videns autem Taſſilo ſe vndigue circumfuſum, eo p) quod Bauari magis eſſent fideles Karolo quam ſibi, ad Regem ſupplex q) venit, veniamque de antegeſtis ſibi dari rogauit. Rex autem r) ſemper mitis erat, deprecanti pepercit, acceptoque ab eo filio eius Theodone cum aliis duodecim obſidibus, in Franciam rediit, ſicque bello, quod quaſi maximum videbatur futurum, celerrimus eſt finis impoſitus.

Deinde s) anno proximo ſequenti Karolus aput Ingelnhaim. Paſcha celebrante, & generale concilium habente, Taſſilo

o) Päringa.
p) A. & quod.
q) A. *addit:* ad Auguſtam.
r) A. ut
s) A. proxime Carolo.

ſilo Dux, ſicut & ceteri t) principes aduenìunt. Sed a Bauaris accuſatus, quod poſt datos proxime obſides fidem non ſeruauerit, ſed ſuadente vxore ſua Luitpurga, (Deſiderii Longobardorum Regis filia, Auares, id eſt, vngaros in diſſipacionem Regni vocauerit multaque hoſtiliter & dixiſſe & feciſſe v), cum hec negare nequiret, maieſtatis reus indicatus eſt, Et dum omnium ore capitali dampharetur ſententia x), adhuc Rex Karolus patricius Romanorum ob amorem Dei, & quod conſanguineus eius erat, liberare eum cupiens interrogauit, quid nam y) vellet: Ille autem rogans licentiam ſibi dari perpetrata penitendi, tonſuratur & in monaſterium Lorch, quod ipſe conſtruxerat, miſſus eſt, ſcilicet & filius eius Theodo. ceteri vero hujus perfidie conſortes per diuerſa exilia dampnati ſunt z). Vlterius autem prouincia quam tenuerat Taſſilo non duci ſed comitibus conmiſſa eſt.

Poſt hec Karolus ad Ratisponam *venit ibique marchas* & fines diſpoſuit. Alibi legitur, quod Taſſilo a Karolo in prelio publice deuictus, cum ſuis vinculis mancipatur & per duarum peluium ignitarum inſpectionem excecatur. Qui penitencia ductus, ad peticionem principum abſolvitur, & libere quocunque vellet ire permittitur. a) Ipſe igitur ob ſpem futurorum proſpera mundi cuncta deſpiciens Lauriſſam deuenit. Ibique

t) A. primates, advenit Anno Chriſti DCCLXXXVIII.

v) A. *addit*: ad ultimum confeſſus eſt dixiſſe, etſi decem filios haberet, omnes magis vellet amittere, quam ſic manere, ſicut juraverat. cum hec negare ---

x) A. Rex Carolus adhuc Patricius.

y) A. *addit*: agere.

z) A. *ſtatim pergit*: Alibi legitur --

a) A. *Loc. cit. cap.* 38.

que ſub ſpecie pauperis habituque religioſo & ab omnibus ignotus. usque ad extremum vite ſue terminum permanſit. Poſt multorum vero annorum circula iam dictus Karolus magnus ad Eccleſiam Lauriſſam peruenit, ibique ſolito more vna noctium oracioni vacans Taſſilonem lumine radiantem per manus Angeli de ara ad aram cum ſumma diligencia deduci perſpexit. Summo igitur diluculo Karolus Imperator conſurgens Patrem Eccleſie aduocat, diligenterque ſciſcitatur, quisnam ſit, cui tanta beneficia ab Angelo impenſa fuiſſent. Qui ſe ignorare reſpondit. Sequenti itaque nocte Abbas cum Imperatore hec eadem beneficia iam prelibato Taſſiloni impenſa videre meruit. Poſt hec b) Taſſilo febre corripitur & acceptis eccleſiaſticis Sacramentis ex inſtancia virorum religioſorum vite originem grauiter per ſingula ſuſpirando illis enarrans feliciter migrauit ad Dominum, ad cujus tumbam Dominus quam plurima eius imploratibus inpartiri non dedignatur. c) Hic eſt Taſſilo qui ut dicit hiſtoriographus in diuino ſeruicio & officio ampliando deuotiſſimus exiſtens celebria monaſteria conſtruxit ſcilicet Weſſelprun. ſic dictum à quodam ſuo venatore dicto Weſſo, Qui fontem ibidem a terra bulientem a ſe repertum oſtendit. Vidit quoque Taſſilo, dum ex venatione aprorum quadam vice pernoctaſſet, ibidem ſcalam ad celos porrectam, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes, Sanctum

b) A. *addit*: Cum Dominus remunerator omnium hunc famulum ſuum poſt longam carceris macerationem, voluntariam paupertatem, nec non laudabilem vitam de hoc ſeculo eripere decreviſſet, febre corripitur, & a religioſis viris corpore & ſanguine D. n. J. Ch. procuratur, ſanctoque oleo unctus ex inſtancia ...

c) *Sequentia verba ex HISTORIOGRAPHO, utique NOSTRO, allegat ANDREAS Ratiſpon. in Chron. Bav. pag. mihi* 13.

